Stiftsarchiv Seitenstetten

FREMDE URKUNDEN; REGESTEN

I. 13. und 14. Jh.

Zusammengestellt von
P.Dr.Benedikt Wagner
u.Franz Steinkellner

A95/1

1256, 23. Februar, Lateran

Papst Alexander IV. ordnet an, daß alle Augustiner Eremiten deh gleichen Habit tragen, um sie von den Minderbrüdern zu unterscheiden.

"Alexander episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus.Vniversis Archiepiscopis.et Episcopis. per regnum Boemie.Ducatus Austrie.et Stirie constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem. Recordamur liquido et memores sumus quod dudum apparuit religio in partibus Lombardie, cuius proffessores vocati heremite ordinis sancti Augustini nunc succinti tunicas.cum corrigijs. baculos gestantes in manibus nunc vero dimissis baculis incedebant. pecuniam pro elemosinis. alijsque deposcentes subsidijs, et adeo variantes inter dum habitus sui formam ut dilectis filijs fratribus minoribus uniformes in derogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur. eisdem propter hoc minorem apud fideles sentientibus in suis oportunitatibus caritatem. Sane cum per nos tunc in minorj officio constitutos.et bone memorie.O. titulo sancte Sabine presbiterum Cardinalem tunc in partibus illis legatione fungentes.huiusmodi variationis presumptio ad felicis recordationis.G.$\overline{pp}$ (Gregor IX.)predecessoris nostrij audientiam pervenisset ipse ne idemptitas vestium in ordinibus ipsis confusionem pareret.ac inde scandala graviora consurgerent,ad utrorumque quietem statuendum providit.ut Priores.et universi ac singuli fratres predicti ordinis sancti Augustinj in exterioribus vestimentis, que nigri,vel albi debebant esse coloris.quorum altero videlicet nigro iam electo ab eis.ipsos idem predecessor voluit manere contentos.largas et protensas manicas quasi ad instar cucullarum.et desuper ipsa deferrent peramplas corrigias.et patenta omnibus apparentes.ita quod omnes cinti deforis,eas vestibus nequaquam contegerent, et portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium.ac expresse in elemosinarum petitione cuius sint ordinis declarantes.adeo suarum vestium longitudinem temperarent,quod a quibusque ipsorum caltiamenta libere viderentur.ut sic habitus confusione semeta (! recte:semota),et sublata materia scandali a predictorum ordinum fratribus possit virtutum domino liberius et grat(ius) deservirj. Intelligentes vero.frater Andreas tunc generalis Prior heremitarum de Brict(i=nis)

ordinis supradicti (et a)lij fratres sui.quod ad predicta servanda sicut et ceterj cogerentur a(d eius)dem predecessoris presentiam accesserunt.pro se et heremitis prefatis.humiliter supplicantes.ut eis cucullas portare discintas, quod sibi facilius extimabant, concedere dig= naretur.m(an)dato de cucullis nigris ferendis circa eos misericorditer relaxato.eo quod talis usus cucullarum ad distinctionem predictorum habituum satis sufficere vide= batur.quorum supplicationibus idem predecessor in hac parte duxit liberaliter annuendum. Verum cum sicut accepi= mus.ipsi heremite de Brictinis obtentu quarundam litera= rum super hec a sede apostolica obtentarum ac etiam alij heremite iamdicti.contra statutum predictum.et provisionem ad comunem pacem provide factam in eorundem fratrum Mino= rum infamiam, et scandalum plurimorum, iam in plúribus venire presumpserint, et nos prorsus velimus predicta que salubriter statuta fuerunt a sepedicto predecessore nostro ubique et ab omnibus heremitis sive religiosis cuiuscumque sint ordinis in exteriori habitu fratribus minoribus antedictis.confirmibus inviolabiliter observarj. fraternitati vestre per apostolica scripta firmiter pre= scipiendo mandamus.quatinus predictos heremitas decetero statutum predictum firmiter observare.ac illos de Bricci= nis cucullas prout ipsi ut dictum est tunc acceptarunt, gestare discintas, ac alios omnes.qui nigras non portant seu albas.singuli vestrum per suas Civitates et dioceses sublato cuiuslibet appellationis.et contradictionis ob= staculo.et litteris apostolicis de corrigijs cintis super cucullas portandis per eos impetratis nequaquam obstanti= bus munitione premissa per censuram ecclesiasticam di= strictius compellentes.et in eos qui contra venerint ex= comunicationis sententiam promulgetis.quam per vestras Civitates.et dioceses publicarj sollempniter et eosdem tamquam excomunicatos usque ad satisfactionem contignam appellatione remota evitarj artius ab omnibus faciatis. Datum Laterani VIII Kal.Martij Pontificatus nostrj anno Secundo"

Hugo.V.

Bleibulle an Hanfschnur abgeschnitten.

A 9512

1256, 26. April Lateran

Papst Alexander IV. bestätigt dem Augustiner-Eremiten-Kloster des Hl. Johann in der Erzdiözese Salzburg seine Besitzungen.

"Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filijs priori et fratribus Monasterij sancti Johannis in Harde ordinis sancti Augustini. Salczeburgensis Diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis vel in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri et nostri protectione suscipimus. Specialiter autem terras possessiones et alia bona vestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
Datum Laterani VI Kal. Maij Pontificatus nostri anno Secundo " Angł

An zweifarbigem Seidenschnur Bleibulle:
Alexander pp IIII / SPASPE

A 95/3

1257, 6. Juni ,Viterbo

Apostolische Konstitution, durch die Alexander IV. dem Augustiner Eremiten Deutschlands die Privilegien eines Ordens verleiht.

"Alexander episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis .. Priori et fratribus Heremitis in Alamania constitutis tam presentibus quam futuris Regularem vitam professis In Perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit ad esse presidium.ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet,aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus.et domos vestras in quibus divino vacatis obsequio sub beati Petri et nostri protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini Regulam in domibus ipsis auctoritate apostolica institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona predicte domus impresentiarum iuste ac canonice possident aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu alijs iustis modis prestante domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis, Loca ipsa in quibus prefate domus site sunt cum pertinentijs suis.videlicet cum ecclesijs decimis,(h)ortis,vineis,olivetis,pratis, terris nemoribus,usuagijs,pascuis in bosco et plano in aquis et molendinis, in vijs et semitis et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium terrarum que proprijs manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit sive de vestrorum animalium nutrimentis,nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere,et eos absque contradictione aliqua retinere.Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem fas sit sine Prioris sui licentia nisi artioris religionis obtentu de eisdem domibus discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ut nullus Episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel

conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat.nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat.nec regularem Prioris vestri electionem impediat aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit,contra statuta ordinis vestri se aliquatenus intromittat. Illud adicientes, ut scilicet, Priores ipsi, Episcopo, salvo ordine suo,profiteri debeant, et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum sive pro olio sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere.sed hec omnia gratis vobis Episcopi diocesani impendant.alioquin liceat vobis quoscumque malueritis catholicos adire antistites gratiam et communionem apostolice sedis habentes qui nostra freti auctoritate vobis quod postulatur impendant. Quod si sedes diocesanorum Episcoporum forte vacauerint, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis Episcopis accipere libere et absque contradictione possitis.sic tamen ut ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum Episcoporum copiam non habetis, siquos Episcopos Romane sedis ut diximus gratiam et communionem.habentes et de quibus plenam notiam habeatis per vos transire contigerit, ab eis benedictiones vasorum et vestrium et consecrationes altarium auctoritate sedis apostolice recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis dummodo causam non dederitis interdicto suppressa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesanis suscipietis Episcopis si quidem catholici fuerint et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerint, et ea vobis voluerint sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochiarum vestrarum nullus sine assensu diocesanorum Episcoporum et vestro Capellam seu oratorium de novo construere audeat.salvis Privilegijs Pontificum Romanorum. Ad hoc novas et indebitas exactiones ab ~~Romanis~~ Archiepiscopis et Episcopis, Archidiaconis seu

Decanis alijsque omnibus ecclesiasticis secularibuswe personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque in ecclesijs vestris liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se in eisdem ecclesijs sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publice usurarij nullus obsistat.salva tamen iustitia earum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero generali Priore vestro vel suorum quolibet successorum, nullus vobis qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur.nisi quem fratres communi consensu vel eorum maior pars consilij sanioris secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus locis vestris concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatas domos temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ea omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum Episcoporum canonica iustitia, et in supradictis decimis moderatione concilij generalis. Siqua igitur in futurum ecclesiastica seculariswe persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiowe commonita nisi reatum suum congrua mmmm satisfactione correxerit,potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.et a sacratissimo corpore ac

sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ulcioni. Cunctis autem eisdem domibus sua iura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi.quatinus et hic fruc~~tu~~ tum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen A.....me....n Amen




Ego Alexander catholice ecclesie episcopus

Ego Odo..Tusculanensis.... eps

Ego Stephanus Prenestinus eps.SSS subsignavi

Ego frater Johannes .. titulo sancti Laurentij in Lucina,presbyter Cardinalis ~~SS~~

Ego Ottavianus Sanct/eMarie in vioLata,Diaconus Cardinalis SS

Ego Petrus sancte Georgij ad Velum Aureum,Diaconus Cardinalis SS

Ego Ottobonus Sancti Adrianj, Diaconus Cardinalis

Datum Viterbij per manum Magistri Rolandi sancte Romane ecclesie Vicecancellarij octavo Idus Junij.Indictione XV. Incarnationis dominice M° CC° LVIJ° Pontificatus vero donni Alexandrj pp iiij.Anno Tertio.

Bleisiegel an zweifarbiger Seidenschnur.

A 95/4

1262 - 1265 (?) (1257, Mai 27)

Otto (von Mernstein ?) Propst und Erzdiakon von Salzburg vidimiert eine Urkunde, in der Papst Alexander IV. am 27. Mai 1257 in Viterbo den Augustiner Eremiten in Deutschland das Privileg des Tragaltares verliehen hat.

" Alexander episcopus servus servorum dei Dilectis filiis .. Priori et fratribus heremitarum ordinis sancti Augustini in Allemania constitutis. Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum vobis deo propitio providere confidimus, si super hiis que pie cupitis, nos benignos ad gratiam habeatis. Hinc est, quod nos humilitatis vestre precibus inclinati.auctoritate vobis presentium indulgemus.ut in locis et oratoriis vestris, cum viatico altari possitis missarum sollempnia et alia divina officia celebrare.omni barrochiali iure,ecclesiis barrochialibus reservato. Et ne de iure huiusmodi possit aliqua questia suboriri. Illud circa oblationes decimas, et primitias intelligimus, que a laicis solent clericis exhiberi. Quibus defraudari noluimus barrochiales ecclesias occasione indulgentie supradicte. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei.et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Viterbie.VI Kal.Junij Pontifficatus (!) nostri anno tercio."(~~1257,27.Mai~~.1257,27.5.)

Es folgt die gleiche Vidimusformel wie bei der Urkunde Urbans IV. vom 25.5.1262 ( Siehe dort !)

Das Siegel Ottos fehlt. Die Urkunde hat zahlreiche Wasserflecken.

A 95/5

1262 - 1265 (?)

Otto (von Mernstein ?),Propst und Erzdiakon von Salzburg vidimiert eine Urkunde, in der Papst Urbar IV. am 25. Mai 1262 in Viterbo den Augustiner Eremiten das Privileg des "altare viaticum"(Tragaltar ?) verliehen hat.

"Vrbanus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis .... priori et fratribus heremitarum ordinis Sancti Augustini Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis augmentum vobis deo propitio providere confidimus, si super hiis quae pie cupitis nos benignos ad gratiam habeatis. Hinc est quod nos humilitatis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presencium indulgemus. ut in locis et oratoriis vestris cum viatico altari possitis Missarum solempnia et alia divina officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit (!) indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Viterbii.VIII.kal.Junii pontificatus nostri anno primo. (25.5.1262)

Ne igitur huic transscripto aliquid imponere possit aliquis vicium falsitatis, nos Otto dei gratia prepositus et archidiaconus Ecclesie Salzburgensis protestamur, nos huius transscripti vidisse auctenticum non cancellatum, non corruptum, nec in aliqua sui parte viciatum,testimonio huius scripti nostri sigilli munimine roborati."
Das Siegel fehlt.Der in der Urkunde als Propst und Erzdiakon von Salzburg bezeichnete Otto dürfte mit Otto von Mernstein identisch sein, der von 1249/5o bis 1265 in diesen Funktionen nachzuweisen ist. Ein zweiter Otto taucht in Salzburger Urkunden erst wieder ab 1279 auf.

1265, 28.3. ; Perugia In Lade A 98/1

Papst Clemens IV. unterstützt den Abt von Tegernsee gegen seine aufrührerischen Mönche.

"Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . Abbati Monasterij de Tegrense ordinis sancti Benedicti Frisingensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod cum tu ad correctionem excessum Monachorum et Conversorum tui Monasterij prout ad officium tuum dinoscitur spectare procedis, ipsi ut regularem correctionem evitent, appellationis frustratorie obstaculum sepius interponunt. super quo petijsti apostolice sedis providentia subveniri. Cum igitur appellationis remedium non ad malignantium diffugium set (!) appressorum suffragium sit inuentum , Nos tuis supplicationibus inclinati , discretioni tue presentium auctoritate mandamus, ut non obstante friuole appellationis obiectu in corrigendis Monachorum et Conversorum ipsorum excessibus libere officij tui debitum exequaris. Datum Perusij quinto kalendas Aprilis pontificatus nostri Anno primo .

Coveretti (?)

Rückseite

(mit Rötel) No 97 b
(mit Bleistift jüngste Hand) 1265

(mit jüngerer Hand als die Urkunde)
Clemens IIII Tegrense mandatum ut inobedientes inibj Monachi coerceantur.
qui sub specie Appellationis subterfugere tentaverunt.

Bleibulle mit der Inschrift: Clemens PP IIII
an einer Hanfschnur.

A 95/6

1266 - 1273 (?)

F(riedrich von Walchen), Erzdiakon der Salzburger Kirche vidimiert eine Urkunde, in der Alexander IV. am 2o. April 1256 im Lateran die Vorrechte, welche einzelne Eremitenhäuser vor dem Zusammenschluß zum Augustiner-Eremitenorden vom apostolischen Stuhl erhalten hatten, auf den ganzen Orden ausgedehnt hat.

"Universis presentes litteras inspecturis.F.divina miseratione Sancte Salzpurgensis ecclesie Archydiaconus Animo solvit libenti salutem et orationes in domino. Notum esse cupimus, quod nos litteras Domini Pape non abolitas, non cancellatas nec in aliqua parte sui vitiatas vidimus et perspeximus sub hac forma.

Alexander Episcopus servus Servorum Dei. Dilectis filijs. Generali et provincialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini. Salutem et Apostolicam benedictionem. Oblata nobis exparte vestra peticio continebat. quod apostolica sedes nonnullas domos ordinis vestri antequam essetis in unius religionis corpus demandato nostro redacti diversis privilegijs et indulgentijs per speciales litteras decorauit. Ut igitur vobis per divinam et nostram dispensationem in una obseruantia uno professionis federe ~~counitis~~ coniunctis omnino proficiat, quod divisum aliquibus domibus vestris ante unionem huiusmodi fuerat ab eadem sede concessum. Nos vestris precipus inclinati privilegia et indulgentias huiusmodi eisdem domibus singulariter olim indulta, ad omnes et singulas extendentes utendi eis quotiens opus fuerit liberam vobis omnibus concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum*) Datum Laterani XIJ kal. Maij, pontificatus nostri anno secundo."(2o.4.1256)

*) PETRI ET PAULO APOSTOLORUM EIUS SE NOVERIT INCURSURUM.

Bei dem mit F. bezeichneten Salzburger Erzdiakon handelt es sich mit großer Wahrscheinlichkeit um Friedrich von Walchen, der von 1266 - zum 7.5.1273 als Propst des Domkapitels und Erzdiakon nachzuweisen ist und dann als Friedrich II. Erzbischof von Salzburg wurde.Ein anderer Friedrich (v.Mitterkirchen) tritt erst ab 1292 als Dompropst zu S. auf.

A 9517

24. September 1290, Wien

Bischof Bernhard von Passau autorisiert die deutsche Übersetzung der Privilegienbulle des Papstes Alexander IV. vom 27.9.1255, Lateran, für die Augustiner-Eremiten in Deutschland.

"Wernher von gotes gnaden Pischolf der chirchen ze Pazzaw allen den getrewen Christes paide den gegnwürtign vnd den zuchunftign Gruz in dem der da ist ein wares Hail aller Wir haben gesechen di brif des Herrn Alexanders des hochsten Pischolfs mit ganczem vadm vnd mit warer vnstrefleicher vnd vnuersereter bulle nicht geschabt nach durchstrichen noch gefelscht noch argwenich in chaim irm tail in den worten

Alexander ein pischolf chnecht der chnechte gotes den liben sun Priol vnd den prüdern den ainsideln di da wonen in dautschen landen paide den gegenwertign vnd den zuchunftigen die ein ordnleich leben bechant haben in ewichait Ez zimpt sich daz di Päpstleich helfe pei sei den di ein geistleich leben erwelt haben daz icht der inlauf etleichs freuels si widerruffe von irm vorsacze oder di chraft prech des nicht ensei der heiligen geistleichait Worvmbe ir liben sune in dem herrn vorhenge wir miltichleich ewrn pilleichen peten vnd nemen ewr hauser in den ir andechtig seit den gotleichen dinsten vnder des seligen sant Peters vnd vnser schirmnuss vnd vesten mit der hantuest diser gegnwurtigen schrift Von erst secze wir, daz der geregelte orden ,der nach got,vnd nach der regel des seligen sant Augustins, vnd von paebstleicher wirdichait,geseczt ist in den hausern, do selbst ewige zeit behalden werde vnuerseret, Dorvmb welcher hant besiczung,oder welcher hant güter, die vorgenaten (!) hauser in gegnwürtichait,recht vnd ordnleich besiczen, oder in züchunftichait gewinnen mugen, von vorhenchnuss gotes, von vorleichung der pischolf,oder von gab der chunge,oder der fursten oder von opfrung der getrewen oder in andern rechten weisn euch vnd evrn nachkumlingen, stet vnd vnuerseret bleiben. In den selben nenne wir, die mit aigen namen, die stet in den di vorgenanten hauser gelegen sint, mit den di in zu gehoren mit den kirchen,zehende,weingärten,olgärten,wisn,äker,wälde,nucze, in pusch,vnd auf der flech, in wazzern,vnd in muln, in wegen,vnd in steigen, vnd in allen andern irn freytumen

vnd gerechtichait. Auch niemant tuen vodern nach neme.
den zehende von euch in evrn fruchten di ir mit aigner
aribait vnd zerung pawet,von den niemant pis her genomen
hat nach von der nar ewr tue Auch sei euch zimleich
schüler oder layen di vrey vnd ler sein vnd auz der
werlt flichen nemen ze conuersen vnd si behalden an alle
widersprach Dorvmb vorpiet wir daz chainem evren prüder
wenn er gehorsam getut in eurn hausern zimleich sei an vr=
laub seins Prior wek,ze zichnde von selben hausern er well
denn in ein strengern orden, vnd den selben der auz
zeucht turen niemant halden an sicherhait ewr gemainen
brif. Auch vorpiet wir von päbstleicher wirdichait,daz
euch chain pischolf noch chain ander person zu chainer
gemain sammnug twinge ze gen oder von ewr aigen hab vnd
besiczung euch twingen vnderligen eim wertleichen gericht,
noch türfen chomen zu ewrn hausern daz er di orden weicher
welle oder sachen handeln,oder zu sammen ruffen chain
offenware sammung, nach hinder di redleich chür ewrs Pri=
ols nach vnderslach sich mit nichte wider di gesecze ewrs
ordens ze seczen nach entseczen den der zu zeiten Priol
wirt. Auch secz wir dar zu daz di priol an schaden irs
orden dem Pischolf sullen gehorsam sein vnd sullen nicht g
getwungen werden ze tun chain gehorsam wider di gesecz
ires ordens Auch tiurfen nimant von euch nemen oder
hayschen noch beheltnuss der gewonhait oder in ander weis
vmb di weichung der älter oder der chirchen, oder vmb daz
heilig ol,nach vmb chainer hande chirleicher heilichait
Sunder di pischolf der gepiet sullen euch di all vmb sust
raichen, odereuch ist zimleich gen zu allen den christen
pischolfen di ir welt di da haben di genad vnd gemain des
päbstleichn stuls di geprauchende vnser wirdichait euch ge
ben daz man hayschet Auch wirt der stul der pischolf der
gepiet ledig,so mugt ir indes alle chirchleiche hellich-
chait von evrn nachsten pischolfen vreyXX vnd an wider=
sprechen nemen also doch, daz den aigen pischolfen da von
zu iungist chain schad geporn werd. Wenn ir aber vnder
weilen der aigen pischolf nicht enhat gepurt denn etlei-
chn pischolfen des Romischen stuls zichen vor evch der ir
volle chunde hat di do haben di genad vnd di gemainung als
wir gesprochen haben von den mugt ir nemen di segnung der
vass vnd der chlaider vnd di weichung der älter von wir=
dichait des päbstleichen stuls Wenn aber ein gemain pan
ist des lants so zimpt euch di gotleichn ampt, mit
stiller stimm begen mit beslozzen turn, auzgeslozzen di
vorpannen vnd di vorpoten nicht mit lauttenden glokken

also daz ir chain vrsach gebt dem panne Aber den chresm
vnd daz heilig öl vnd di weichung der älter vnd der chir=
chen vnd di ordnung der schüler di zu ordnung fuderleich s
sein von evrn Pischolfen enphachet ob si christen sind vnd
haben genad vnd gemaine des heiligen Romischen stuls vnd
wellen euch di an all orge (!) geben. Auch vorpiet wir
daz in den wippilden (?) der pharren evr cheiner an ver=
hengnuss der lant pischol (!) vnd ewr ein cappelle oder
ein prthaus von new türfen pawen hail den hantuesten der
Romischen Pischolf Da zu newe vnd vnsuldige schaczstewr
von Erczpischolfen erczpriestern oderTechanden vnd allen
andern personen geistleich oder werltleich von euch ge=
schehen vorpirt wir zumal Auch well wir daz in evrn
chirchen vrey begrebnuss sei vnd daz der ynnichait vnd
dem letzten willen der die sich in der selben chirchen
begraben will....(?),niemant widerstrebe,si sein denn
vorpannen oder vorpoten oder offenwar wuchrer, doch mit
hailer gerechtichait der chirche von den di toten leich=
nam genomen werden Dorvmb sei euch vreye macht von vnser
wirdichait di zehende vnd di besiczung di da gehorn zu
dem recht eurer chirchen,vnd besezzen sein von den layen
ze losn vnd eleich ze vreyn von ir gewalt vnd widerpringen
den chirchen den si e zu gehort haben Auch stirbt evr
gemainer Priol oder ein isleicher seiner nachkumling so
sol euch niemant gesaczt werden mit chainer list ainer
raubung nach gewalt,sunder der, den gemaines vorhengnuss
der pruder oder daz grozzer tail der prüder des eltisten
rates besicht ze welen nach got vnd nach der regel des
seligen sant Augustins Auch welle wir besechen evrn frid
vnd evr ru ze iungist mit veterleicher sorgueltichait vnd
vorpieten von päbstleicher gewalt,daz in den slozzen ewrer
stet nimant vben turfe raub oder diebhait tu, oder prüeder
plut vergiezz, oder einen menschen vreueleichen vach,oder
tot, oder chain gewalt vbe Dorumb alle vreytum vnd
vestnung von vnsern vorvodern Romischen Pischolfen evrn
steten vorlichen vnd alle vreytum vnd alle auznemung
wertleicher schaczstewr von chungen vnd von fursten vnd
andern getrewen di euch vorhengt sein di stet wir von
päbstleicher wirde vnd vesten si(!) mit der hantueste
diser gegenwurtigen schrift Dorvmb welle wir daz zumal
chainem menschen zimleich sei di vorgenanten hauser
vreueleich betrüben oder ir besiczung nemen, oder di
genomen halden, oder minnern, oder mit chainer laidigung
mün, sunder si sullen alle gancz behalden werden den,

durch der schirmnuss vnd var (?) si vorlichen vnd gegebe..
sint ze nucze, vnd gemachet mit hailer wirdichait des
päbstleichen stuls, vnd mit geordneter gerechtichait der
pischolf in mezzung der gemain samnunge in den vorge=
nanten zehenden Dorvmb ob in zuchunft ein geistleich
oder ~~werk~~ werltleich person wider der prif vnsers gesecze
vorsucht chumen vreueleich wizzende vnd wirt gewarnt zu
dem andern mal oder zu dem dritten mal, er straffe denn
seinen bruch mit zimleicher gnugtuung, so sol er darbē
der wirdichait seiner gewalt vnd seiner eren vnd soll
sich erchennen sulldig sein dem gotleichen gerichte von
der begangen poshait, vnd sol gevremdet werden von dem
heilign leichnam vnd plute gotes vnd des herren vnsers ~~e~~
erlosers Ihesu Christi, vnd sol vnderligen der strengen
rach in der leczten vorsuchung Dorvmb sei fride vnsers
herrn Ihesu Christi, allen den di den selben hausern ir
recht halden so daz si hi frucht guter tat enphachen vnd
vinden lon des ewigen frides pei dem strengen richter
A M E N




Ego Alexander katholice Ecclie.Eps.

Ego Odo Tusculanus Eps. ss.

Ego Stephanus Prestinus Eps.sss.

Ego Richardus scī Angeli Dyaconus Card. ss

Ego Johannes scī Nicolai in carcere Tulliano dyac.Card. ss

Ego frater Johannes tt.Stī Laurentii in Lucina pbr.Card SS

Ego frater Hugo tt.Sabine pbt.Card.SS

Ego Petrus Leapucij sti.Jegodij (!) ad uelu aure.dyac. Card.ss.

Gegebn ze Latron von der hant GwiIbī.des Schulmaisters

zu Parm (!) der heiligen Romischen chirchen vnderchancz=
ler in der funften Kalenden Octobris des moneid In dem
dreizehenden anslage vnd in dem tausentsten vnd zwai
hundersten vnd funf vnd funfczkistem iar der gotleichen
fleischung vnd in dem ersten iar der pischtums Pabst
Alexanders des virden Dorvmb sint di vorgenant päbst=
leich schrift nicht zimleich zu fürn ist von stat zu
stat durch offenwar verlust, so hab wir si durch ~~heurg~~
(.....Wasserfleck und Loch .....)genannten pruder haizn
auzschreiben in gezeugnuss vnser sechung vnd di gegenwur=
tig auzschrift sterkchen mit vestung vnsers insigels
Gegeben zu Wienn nach Christi gepurd (Tausend vnd zwain)
hundert iar dornach in den newnczkisten iar in der
achten Kalenden Octobris." (24. September 129o)

Das Siegel des Bischofs fehlt.

A 88/1

1291, 7. Oktober, Krems

Alheit von Reinsberg erhebt die Filialkirche von Stainakirchen Reinsberg zur selbständigen Pfarre und dotiert sie entsprechend.

"Ich Alheit von Reinsperch tůn Kunt allen den die disen brief sehent. oder hörent lesen. Daz ich mit gunst vnd mit bete. meins geistlichen vater pischof Wn. (Wernhard) von Pasowe. vnd mit gunst des ersamen abbet Otten von Mense (Mondsee). vnd sinre samenvnge. vnd mit gunst dez pharer von Stain Kilche Hern Dietmar. Daz ich die Kilchen ze Reinsperch diu tohter ê gewesen ist der pharre zestainkilchen. gelediget. vnd gevriget han. mit als tvrre gůlte als diuselbe kilche dar gedienen mohte. vnd daz der ersam abbet Otte von Mense vnd sin samenvnge. mir von ir genaden verlihen vnd gegeben habent die kilchen ze Reinsperch z allem pharrlicher rechte. zelihen ze min tagen die Wile ich lebe. an daz geistlich recht daz minem geistlichen vater bischof. Wn. zů gehöret. Vnde also daz ich die kilchen ze Reinsperch lihen sol ein biderben phaffen. der gote. vnd den hailigen. vnd den pharrelivten fvgent ist. vnd daz der selbe pharrer ein priester bi im habe. daz man gote dester bas. da gedienen muge. Durch die frivnge. vnde dur mins Wirtes sele hern Engelschalches dem got genade. vnd darumbe daz der pharrer ein gesellen habe. so han ich dar gegeben den hof ze Mütra. mit allre minre erben insigel. vnd mit dem minime Der selbe hof giltet ahte mutte beder getreist korn vnd habern.vnd gilt ain swain daz ist ains phundez wert. vnde zwelf chese. daz der chese sehs phenninge wert ist. vnd zwo gense. vnd sehs hvnre. vnd sehzek aiger. vnd ein schvte harwes. vnd ein zehenden der gilt drie mutte beder getraist. korn vnd habern ê mer ê minre. Daz gůt han ich dar gegeben. zv allre der gůlte. vnd diu kilche ê hat gehabt. mit der bescheidenheit. als vor mit schrift begrifen ist. Ovch han ich durch mins Wirtes sele vnd durch min selbes sele. vnd durch minre vordern. vnd minre nach komen. gelobet daz gotshvs zefivrdern die wile ich lebe Als ich denne nvmmer lebende bin. zo sol div selbe pharre kilche ze Reinsperch wider gevallen. an daz gotshvs ze Mense. Also daz si der abbet lihen sol. z allem pharrlichem rechte. An allen zins. vnd an allen

vfsaz. ein biderben phaffen, der gote vnd den hailigen. vnd den pharrlivten fivgente ist. vnd der ein gesellen bi im habe. mit der bescheidenheit. als vor mit schrift begrifen ist. Daz dez allez stete. vnde vnzerbrochen belibe. Darvber geit vns vnser geistlich vater bischof. Wn. von Pasowe. sein brief vnd sein insigel. vnd ich Alheit von Reinsperch gibe disen brief z einem vrchvnde. vnd z einer steten ewecheit mit minem insigel. vnd mit mins brvder Frideriches insigel von Lengenbach. der Camerer ist ze Österrich. Diser sache sint gezivge. die hie geschriben sint. Herre Lienhart von Mense. Herre Cvnrat der techent von Schierolvingen. Herre Cvnrat der pharer von Wiselburch. Herre Dietmar der pharer von Stainchilche. Reicher der Wolfstain. Albrecht von Aiglarn. vnd sin brvder Gvndaker Daz ist geschehen ze Crems. von Cristez geburt tusent iar. zwei hundert iar. ein vnd nivnzek iar. an dem ahten tage nach sante Michelez tage."

( 1. Siegel fehlt. 2. Siegel zur Unkenntlichkeit beschädigt; rotes Wachs.)

A 95/8

15. Oktober 1298, Wien

Bischof Bernhard von Passau vidimiert eine Privilegien=bulle des Papstes Alexander IV. vom 9.12.1255, Lateran, für die Augustinereremiten in Deutschland.

"Wernhardus dej gratia Ecclesie Pataviensis Episcopus, Vniversus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris. salutem in eo qui est omnium vera salus. Litteras dominj Alexandrj summj pontificis cum filo integ(r)o vera Bulla incontaminata et illesa Non abolitas. Non Cancellatas Non viciatas. ~~Necnon~~ Nec in aliqua sui parte suspectas vidimus in Hec verba.

Alexander Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Priorj et fratribus Heremitis in Alamania consti=tutus tam ....."

Der folgende Text der Urkunde ist gleichlautend mit der Originalurkunde von Viterbo, 12.Juni 1257, ausge=nommen einige Unterschriften und die Datierung. Die 3 dort angegebenen Kardinaldiakone fehlen, dafür tauchen neue auf :

" Ego frater Hugo titula Sabine presbyter Card. SS

Ego Richardus sancti Angeli Dyaconus Cardinalis SS

Ego Johannes sancti Nycolai in carcere Tulliano dyaconus Cardinalis SS

Ego Petrus Leapucij sancti Jegodij (!) aduelum aure(um) Dyaconus Cardinalis SS

Datum Lateranij per manum Guilberti (?) Magistriscolarum Parmensi sancte Romane ecclesie vicecancellarij. V.Idus Decembris.Indictione XIIJ. Incarnationis dominice.Anno M° CC° Lv° Pontificatus vero dominj Alexandrj pp iiij. Anno primo." (9.12.1255)

Cum igitur prenotatum rescriptum apostolicum de Loco ad locum deducj non expediat propter pericula manifesta, ad preces prefatorum fratrum idem in nostre visionis testimonium fecimus exemplarj et presens transcriptum (!) nostrj Sigilli munimime (!) roborarj. Datum Wienne Anno Dominj M° CC° LXXXVIIJ° Idus Octobris."(15.Oktober 1298

1 Siegel an zweifarbigen Seidenfäden, rötliches Wachs.

Von dieser Urkunde gibt es eine Zweitschrift A 95/8a

1298, 13. Dezember, Wien A 95/9

Otto, Provinzial der bayrischen Ordensprovinz der Augustiner-Eremiten verzeichnet die von verschiedenen Bischöfen verliehenen Ablässe.

Text der Urkunde wie Nr. A 95/1o, jedoch mit anderem Ausstellungsort und Datum :

"..... Acta et scripta sunt : Hec Wienne. Anno dominj M° CC° XC° VIIJ° Idus Decembris."

Siegel fehlt.

A 95/ 10

16. Dezember 1298, Marchegg

Otto, Provinzial der bayrischen Ordensprovinz der Augustiner-Eremiten verzeichnet die von verschiedenen Bischöfen verliehenen Ablässe.

"Nos Frater Otto Prior provincialis fratrum heremitarum Ordinis Sancti Augustini per provinciam Bawarie presentibus protestamur

Quod reverendi in Christo presbyteri et dominj venerabiles Archiepiscopi, ac Episcopi subnotati litteras indulgenciarum nostre provincie dederunt sub sigillorum suorum robore tenoris et continencie infra scripte

Vniversis sancte matris ecclesie filiis ad quos littere pervenerint presentes frater Reinoldus ordinis predicatorum Mediolanensis, et Petrus Arbonensis miseracione divina archiepiscopi, Geuerhardus Brandenburgensis, Andreas Asloensis, Frater Gwido Papiensis, Berenhardus Humanas , Bartholomeus Gaycanus, Rupertus Rosensis, Vincentius Proculagensis, Heinricus Saxenas , episcopi salutem in Domino sempiternam, Licet is de cuius munere venit, uti sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota , bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promererj, Desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde retantur divine gratie apciores cupientes igitur Ecclesias dilectorum in Christo filiorum Fratrum Heremitarum Ordinis sancti Augustini per provinciam Alamanicam congruis honoribus venerari et a cunctis Christi fidelibus iugiter frequentarj, Cum ex pastoralis officij nostrj, debito ad ea que cultum dei ampliant, et animarum salutem promovent proni semper esse debeamus et faciles, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petrj et Pauli auctoritate confisi, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui iam dictas ecclesias in quatuor sollempnitatibus beate Marie virginis, In omnibus festis apostolorum, In festo beati Augustini confessoris, In dedicationibus et anniversariis dedicacionum Ecclesiarum predictarum, necnon et in Capitulo provinciali causa devocionis visitaverint ac de bonis sibi a deo creditis et collatis,

ad reformationem sepe dictarum Ecclesiarum, sive pro sustentacione earundem grata caritatis subsidia contu= lerint sive ad hoc manum porrexerint adiutricem,Singuli singulos Quadraginta dies de in iunctis eis penitenciis, dummodo consensus Dyocesani ad id accesserit vel accedat misericorditer in domino relaxamus, In cuius rei testi= monium presens scriptum sigillorum nostrorum munimini duximus roborandum, Data apud Urbem Veterem (Orvieto) anno domini M° CC° LXXXiiij° tercio (?) Kal. Junii. Pon= tificatus domini pp Martini quarti anno quarto.(29. Mai 1284).

Vniversus Christi fidelibus ad quos presentes per= veniunt littere, constitutis sub imperio crucifixi, frater Reinoldus archiepiscopus Messinensis, Blasius Fundanus, Seronus Serrinensis, Petrus Dragonariensis, Johannes Segoriensis, Bernhardus Vincentinus,Valdebrunus Annessonensis et Graviensis, Leo Colomonensis, Raimundus Mansiliensis,et Romanus ~~lucis~~ indignus (!) Croemensis miseratione divina Episcopi salutem in domino Jesu Chri~~st~~ sto, quoniam .....(?) ut ait apostolus omnes stabi= mus ante tribunali Christi reddituri racionem et accep= turi prout gessimus in corpore siue bonum fuerit siue malum Oportet ergo messionis extreme diem misericordie operibus prevenire, seminare in terris, quod ~~e~~ reddente domino recolligere vaneamus in celis, firmam spem fidu= ciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benediccionibus de benedictioni= bus et metet vitam eternam, Cupientes igitur ut ordo Fratrum Heremitarum sancti Augustini per Alamaniam, a Christi fidelibus visitetur, necnon congruis honoribus frequentetur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui claustra siue loca eorundem constructa, ad honorem domini nostri Jesu Christi, in provincia ipsius Alamania, siue sita , scilicet in Nativitate dominj, Epyphania, Pasca, et Pentecoste, et per eorum octavas. atque Ascen= sionis, necnon et in festis Patronorum singulorum loco= rum. in dedicacione eorundem, Johannis Baptiste, Aposto= lorum, In utroque festo sancti Augustini, atque in quatuor festivitatibus beate Marie Virginis gloriose, et per octavas, in Provincialique Capitulo, provincie memo= rare accesserint, atque de bonis eisdem collatis a do= mino, pias elemosinas erogaverint, necnon in eorum edificiis et permanentis manus porrexerint adiutrices, ut per hec et alia bona que domino inspirante fecerint,

possint ad eterna felicitatis gaudea pervenire, Nosque de dej misericordia beateque Marie virginis precibus, Petri et Pauli apostolorum eius, et omnium sanctorum, authori= tate confisi, Singuli singulas quadragenas, de iniunctis eis penitentiis, dummodo Dyocesanorum voluntas ad id accesserit et consensus, misericorditer in domino rela= xamus, In cuius rei evidenciam et testimonium sufficiens, presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus robo= rarj, Datum Rome. anno dominj M° CC° LXXX° vj°. Indictione quartadecima, Pontificatus domini Honorij pp. anno primo. (Honorius IV, 1285, 2.4.; c.Mai 2o; daher ist die Urkunde vor dem 2o. Mai 1286 anzusetzen).

Vniversis Christi fidelibus presentes litteras inspec= turis Petrus Arborensis, Rugerius Severinensis, et Philip= pus Salernitanus, dei gratia Archiepiscopi, Romanus Cro= enensis, Emanuel Cremonensis, Aymardus Lucerie, Sabba Militensis, Gillelmus Callinensis, Robertus Calmensis (!), et Bonifacius Parentinus, Bulgarus Prusinus, Andreas Liddensis, Franciscus Terracinensis, Maurus Ameliensis, Pronus Laurinius, Manfridus sancti Marci, Stephanus Opi= densis, Franciscus [illegible]FAN=ensis, Jacobus Treuentinus, et Ciprianus Bouensis, eadem gratia, Episcopi, in domino sempiternam, Licet is de cuius munere .....

wie in der 1. Urkunde vom 29. Mai 1284, bis ..... cupientes igitur ut Ecclesie fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini in regno Alamanie constitute congruis honoribus frequententur et a cunctis Christi fidelibus iugiter venerentur. Omnibus vere penitentibus et confes= sis, qui ad ipsas ecclesias causa devotionis accesserint, aut qui ad structuram vel fabricam luminaria ornamenta, vel ad alia necessaria (?) ipsarum ecclesiarum manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint ecclesiis preliba= tis, Nos de omnipotentis dej misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Singuli singulis singulas dierum quadragenas de iniunctis eis penitentijs. dummodo consensus Dyocesanorum ad id accesserit misericorditer in domino relaxamus, In cuius testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum muni= mine duximus roborandum, Datum Laterani Anno dominj M° CC° XC° quonto Pontificatus domini pp Bonifacij octavi anno primo. (Bonifaz VIII., 1295)

Vniversis sancte matris ecclesie filiis, ad quos pre=
sentes littere pervenerint, Nos dej gratia Petrus Con=
stantinopolitanus, Patriarcha, Mychahel Ancibatensis,
Basilius Jerosolimitanus, Johannes Lvndensis,Archiepis=
copi,Lambertus Vegelensis, Guido Cameracensis, Johanni=
cius Muticensis, Thomas Rosenensis, Sabbas Militensis,
Azo Casertanus, Bartholomeus Ortanus, Adam Marthvriensis,
Jacobus Arteciensis( Atervensis ), Waltherus Avellinus,
Ciprianus Bouensis, Aymardus Lickorie(Lucera!),Jacobus
Cacedonie, Perronus Larinensis,Hubertus Fehneranus,
Johannes Capaduagriensis, Episcopj, salutem in domino
sempiternam. Vite perhennis gloria qua mira benignitas
conditoris omnium coronat aciem civium supernorum a
redemptis precio sanguinis fusi debet acquiri virtute,
interque illud pergrande esse dinoscitur quod ubique
maiestas altissimi, et precipue in ecclesiis sanctorum
collaudetur, Cupientes igitur ut ecclesie religiosorum
Virorum fratrum ordinis sancti Augustini in provicia
Alamanie, constitute, congruis honoribus frequententur,
et a cunctis Christi fidelibus iugiter venerentur,
Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsas
..... weiter wie in Nr. 3, bis ..... ecclesiis
prelibatis, Aut qui devotas orationes pro remedio anima=
rum quarum corpora in cimeteriis ipsarum ecclesiarum
requiescunt, dixerint, Nos de nostrj veri salvatoris
misericordia, dulcisque matris sue gratia, necnon et
beatorum apostolorum Petri et Pauli, et omnium sanctorum
meritis et precibus confidentes, quilibet nostrum qra=
draginta dies, de iniunctis sibj penitenciis, dummodo
consensus Dyocesanorum ad id accesserint, misericorditer
in domino relaxamus, In cuius rei testimonium presens
scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roboran=
dum, Datum Rome apud sanctum Petrum. anno dominj
M° CC° XC° VIJ° (1297) Pontificatus dominj Bonifacij pp
octavi anno tercio.

Vniversis sancte matris ecclesie filiis ad quos pre=
sentes pervenerint littere, Nos dej gratia Frater Egidi=
us Byturicensis, Archiepiscopus, Aquitanie Primas,
Wlradus Brandenburgensis, Frater Romanus Croenensis,
Bonaventura Ragusinus, Sabbas Militensis, Episcopi,
salutem in domino sempiternam ..... weiter wie
Nr. 4. Von ..... Nos de omnipotentis ..... wie
Nr. 3 .....

Datum Rome anno domini M.° CC.° XC.° VIJ.° Pontificatus dominj Bonifacij $\overline{pp}$ Octavo, anno tercio.

Ad huius igitur sollempnis indulgencie noticiam et memoriam ampliorem, litteras supradictorum dominorum de verbo ad verbum sub sigillo nostro registravimus in hac carta, Acta et scripta sunt hec in Marhek, anno dominj M.° CC.° XC.° VIIJ.° // XVIJ.° Kalendas Januarij."

Das Siegel fehlt ( abgeschnitten ).

Diese wichtig die nächsten 2 Zeilen!

Versuch einer Lokalisation der Bischöfe aus der vorangehenden Urkunde :

Frater Reinoldus ordinis predicatorum Messanensis = Reginaldus,de Leontino,O.S.D., ca 1268 oder 1273 bis vor 1288,Erzbischof von Messina

Petrus Arbonensis = Petrus, Erzbischof von Arborea ( Sitz verlegt nach Torres (Oristano),nach 1273 bis vor 1296

Geuerhardus Brandenburgensis = Gebhard, Bischof von Brandenburg, 1277 bis vor 23.6.1287

Andreas Asloensis = Andreas, Bischof von Oslo, 1267-1287

Frater Gwido Papiensis = Guido Tacio,O.S.B.;Bischof von Pavia; 1272 - 1294

Berenhardus Humanas = Bernardus, Bischof von Umana;1280 - 1285; der Sitz wurde 1422 mit Ancona vereinigt.

Bartholomeus Gaycanus = Bartholomäus, Bischof von Gaeta, 1276 bis vor 1290

Rupertus Kosensis = ???

Vincentinus Proculagensis = ???

Heinricus Saxenas = ? Heinricus Sarsinas II. (B.v.Sarsina 1271 - 1302 ?

Blasius Fundanus = möglich: von Fondi (Fundi)

Seronus Serinensis = Möglich: Andreas Masaronus,B.v.Sora (Sorinensis)1295 -

Petrus Dragonariensis = Petrus,B.v.Dragonaria

Johannes Segoriensis = ???

Bernhardus Vincentinus = Bernhard, B.v.Vicenza,1271-1286

Valdebrunus Annessonensis et Graviensis = ???

Leo Colomonensis = Leo Calamanensis (Kreta),1287

Raimundus Mansiliensis = Raimund ,B.v.Marseille (1270-128

Romanus Croemensis = Romanus,B.v.Crojensis (Epirus),1286, 1295,1298

Rugerius Severinensis = Roger,Eb.v.Santa Severina,1274-1295

Philippus Salernitanus = Philipp,EB.v.Salerno

Emanuel Cremonensis = Emanuel,B.v.Cremona

Aymardus Lucerie = Aimandus,B.v.Lucera, 1295 - 1302

Sabba Militensis = Saba,B.v.Milet,1286 - 1298

Gillelmus Callinensis = Guilelmus,B.v.Cagli (Callium), 1285 - 1295

Robertus Calmensis = Robert,B.v.Calvi,1289 - 1291

Bonifacius Parentinus = Bonifacius,B.v.Parenzo( Parentium ) et Pola;1282 - 1299
Bulgarus Prusinus = Bulgar(an)us v.Perugia (Perusinum) 129o - 1312
Andreas Liddensis = Andreas B.v.Lyddae et Ramla,Palästina
Franciscus Terracinensis = Franz II.,B.v.Terracina,1273 - 1295
Maurus Ameliensis = Maurus,B.v.Amelia (Ameria),128o - 13oo
Pronus Laurinius = Petronius, B.v.Larino,1284 ? -1295
Manfridus sancti Marci = Manfredus,B.v.San Marco, 1286 - 1291
Stephanus Opidensis = Stephanus,B.v.Oppido,1295 - 13o1
Franciscus ~~(I)schiensis~~ FANNENSIS = Franz,B.v.~~Ischia ???~~ FANO (1293-1295)
Jacobus Treuentinus = Möglich: Jacobus,B.v.Trivento ???
Ciprianus Bouensis = möglich: Ciprianus ,B.v.Bova ???
Petrus Constantinopolitanus Patriarcha = Petrus, Patriarch von Konstantinopel
Mychahel Ancibatensis,Erzb., = ???
Basilius Jerosolimitanus = Basilius,Eb.v.Jerusalem
Johann Lvndensis = Johannes Grand,1289-13o8,Eb.v.Lund
Lambertus Vegelensis = B.v.Veglia,O.S.Fr.,129o-+25.5.1297
Guido Cameracensis = Guido II.,de Colle medio,nachdem sein Vorgänger 1296 +,kann er 1297 schon Bischof von Cambrai gewesen sein.
Johannicius Muticensis = möglich:Johannes Munoz, B.v. Murcia,Span.,zwischen 1291 - 13o5 ???
Thomas Rosenensis = ???
Azo Casertanus = B.Azzo oder Atto von Caserta,129o-131o
Bartholomeus Ortanus = B.v.Orte (Horta),1296-1298
Adam Marthvriensis = B.v.Martorano, 1295-133o
Jacobus Arteciensis = ??? (Atervensis ?)
Waltherus Avellinus = ?Valderunus?,B.v.Avellino, der Nachfolger sitzt aber schon 1295 auf dem Sitz
Jacobus Cacedonie = ???
Hubertus Fehneranus = ???
Johannes Capaduagriensis = ???
Egidius Byturicensis = Eb.Aegidius Colonna,O.S.A.,von Bourges,1297-1316 (nach dem 18.8.1297)
Wlradus Branderburgensis = Volradus,B.v.Brandenburg, 1296-13o2
Bonaventura Ragusinus = B.v.Ragusa,O.S.Fr.,1281 - ?? (Was in der Bischofliste angegeben ist,stimmt nicht.)

1309, 18. Juni, Avignon A 95/11

Papst Clemens V. erlaubt den Augustiner Eremiten in mehreren Ländern außerhalb Italiens 2o neue Klöster zu gründen.

"Clemens episcopus servus servorum dei Dilectis filijs .. Priori generali, et fratribus Heremitarum ordinis sancti Augustini Salutem et apostolicam benedictionem. Quia vestra potissimum versatur intentio circa cultum divini nominis ampliandum, in quo vestra devota sinceritas, et sincera devotio iugiter delectatur. Nos huiusmodi pium vestrum propositum favorabiliter prosequentes illa vobis libenter concedimus, per que ad dei laudem, et gloriam idem propositum ad efficacem effectum favente vobis divina gratia, et Christi fidelium accedente suffragio libere perducatur. Ex oblate siquidem nobis vestre petitionis serie plenius intellecto, quod ordo vester, in partibus Cismontanis pauca loca noscitur obtinere. Nos ad prefatum ordinem specialis caritatis gerentes affectum, et ut huiusmodi divino cultui, et virtutem exercicio vacare liberius, et in illis efficatius cooperante vobiscum divina gratia proficere valeatis, vestris devotis supplicationibus annuentes, quod in Regnis, seu Terris Carissimorum in Christo filiorum nostrorum, videlicet .. Francie, Sex .. Anglie, Tria,.. Castelle, Tria,.. Aragonum ,Duo,.. Navarre, Unum,et ..Maioricarum Regum Illustrius Unum, ac in Comitatu Provincie, Duo, et Ducatu Austrie similiter Duo loca pro vobis, et ordine predicto Ydonea libere possitis recipere. Constitutione felicis recordationis Bonifatij pp. VIIJ. predecessoris nostri super locis a religiosis ordinum mendicantium absque licentia sedis apostolice de novo non recipiendis edita, non obstante, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Auinione XIIIJ kal.Julij Pontificatus nostri Anno Quarto."

Bleisiegel Clemens V.an rotgelber Seidenschnur.
Rückseite:"De locis capiendis pape Clementis "

1317, 18. April, Avignon A 95/12

Papst Johannes XXII. gebietet den Bischöfen von Gran, Waitzen und Fünfkirchen die Augustiner Eremiten gegen Übergriffe zu schützen.

"Johannes episcopus servus servorum dei, venerabilibus fratribus .. Archiepiscopo Strigoniensi (Gran),et Waciensi (Waitzen),ac Quinqueecclesiensi (Fünfkirchen), Episcopis, Salutem et apostolicam benedictionem. Et si quibuslibet Religiosis, et personis, et locis, ex iniuncte nobis servitutis officio assistere defensionis presidio teneamur illis tamen specialius et efficatius adesse nos convenit qui sedi apostolice immediate subiecti non habent preter Romanum Pontificem alium defensorem. Cum itaque sicut ex parte dilectorum filiorum.. Prioris Generalis, et fratrum ordinis Heremitarum Sancti Augustini fuerit propositum curam nobis, quod ipsi a nonnullis super predicationibus libere ab eisdem fratribus faciendis et audiendis confessionibus eis peccata sua volentium confiteri, et alijs iuribus et libertatibus ipsis ab apostolica sede concessis a Prelatis,Rectoribus, et Clero alijsque personis contra indulta privilegiorum dicte sedis, eis ab eadem sede concessorum multipliciter molestentur et gravamina ipsis multiplicia inferantur. Nos volentes eis super hoc de opportuno remedio providere,Fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium ,seu alios fratribus dicti ordinis provincie Vngarie efficaci presidio defensionis assistentes non permittatis eos contra tenorem privilegiorum ipsorum a predictis vel alijs quibuscumque molestari, nec eis aliqua gravamina vel iniurias irrogari, facientes ipsis fratribus de allatis eis iniurie molestationibus et gravaminibus contra tenorem eundem in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem per viam iudicij, in alijs vero prout qualitas ipsorum exegerit iustitie complementum. Ita quod officium, potestas, et iurisdictio vestra exnunc perpetuata censeantur. Molestatores, et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores et rebelles quandocunque et quotienscunque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus tam de duabus dietis in Consilio generali quam felicis recordationis Bonifatij $\overline{pp}$.VIIJ predeces=

soris nostri quarum prima cauetur ne quis certis ex=
ceptis casibus extra suam Civitatem et diocesin secunda
vero ne reus alterius diocesis ultra unam dictam a fini=
bus eiusdem diocesis ad iudicium evocentur, et alijs
quibuscunque constitutionibus ab eisdem predecessoribus
nostris tam de iudicibus delegatis quam Conservatoribus
aut alijs editis que vestre pollenti in hac parte iuris=
dictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodo=
libet obviare, Seu si aliquibus a sede apostolica sit
indultum quod excommunicari suspendi vel interdici non
possint per litteras apostolicas non facientis plenam
et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
mentionem, et quibuslibet alijs indulgentijs privilegijs
et litteris apostolicis quibuscunque et in quacunque
forma verborum concessis per que presentibus non expres=
sa vel totaliter non inserta dicte iurisdictionis sive
potestatis explicatio possit quomodolibet impediri et
de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum
opporteat nostris litteris fieri mentionem. Datum
Auinione XIIIJ Kal. Maij Pontificatus nostri Anno Primo.

Siegel fehlt.

A 88/2

1328, 21.1., Wien

Friedrich der Slit verkauft seinen Weingarten beim Brünnlein zu Gumpoldskirchen dem Konrad von Wuldeinsdorf, Kammerschreiber zu Wien.

"Ich Friderich der Zlit von Gumpolczchirichen, vnd Ich Alhait sein Housurow Wir veriehen vnd tun chund, an disem prief, allen den, di in lesent.sehent.oder hörent lesen die nv lebent vnd hernach chunftich sint. Daz wir mit verdachtem muet, mit gesamter Hant,ze deZeit. da. wir ez.wol getuen mochtem. vnd mit - gvnst.vnd gutem willen aller vnserr Erben.vnd mit zitigem rat aller vnser frevnt. vnsers rechten an erstorben erbes, einen weingarten der da leit. datz Gumpoltzchirichen.pei dem prunlein ze nest Hern Niclasen dem Fleizz.verchaufet haben. mit vnserr perchmaister hant. Heinrichs des Moser vnd Niclases des Schaffer. Dem beschaidem mann Chunraden von Wuldeinstorf ze den zeiten Chamerschriber.ze Wienne.; im vnd allen sinen Erben.für das freilich.vnd ledichlich. ze haben.vnd allen iren fruem da mit ze schaffen, an alle irresal. vmb zwaintzich phvnt vnd vmb Niwen phvnt Wienerisch phenning der wir recht vnd redlich begert sein. Wir sein auch.Ich vorgenanter Fridrich der Slit.vnd Ich Alhait.sein Housurow,des vorgenanter weingarten ir rechter gabern,vnd Scherm.vnd durich pesser sicherhait so setz wir in dem vorgenanten Chunraden vnd sinen erben Zusampt vns ze scherm für allev ansprach vnd für allen chrieg vnsern weingarten,der da ligt datz Gumpoltzchirichen, vnd Haizzet der Lechsenprecht. als perchrechts r recht ist vnd des Lands gebonhait in Osterrich. vnd won wir nicht ain aigen Insigel haben. do von so gebe wir in disen prief ze einem offenn vrchundt vnd ze einem waren gezeug.diser sach.versigelten mit hern Jansen Insigel von Mansberd ze den ziten. der Hertzogen Chelermaister in Osterrich.Wan er der selben sach gezeug ist mit sampt seinem Insigil.Ir ist auch gezeug her Piligreim von Pravnstorf.ze den ziten pharrer datz Narprastorf. her Mert ze den ziten chapplan.vnser vrowen chappelln ze Wienn ze nast hern Otten Haymen Haus. her Wilhalm in dem Stravhof. Her Chunrad hern Johanns svn. her Vlrich von Eslarn.Her Dietrich der Vrbetz,Chunrad an dem Eke von Gumpoltzchirichen.Jans der Smit. vnd ander frvmen Leut genug den dise sach wol chvnd ist.Diser

prief ist geben ze Wienne do von Christes geburt waren ergangen dreuzehen hvndert Jar vnd dar nach in dem Ocht vnd zwainzigisten Jar.An sand Agnesen tage. "

1 Siegel, ungebleichtes Wachs, erhalten.

Auf der Rückseite ist folgender Vermerk :

" Conraden Wildenstorffer Khaufbrief von Friderichen Glit (!) von Gumpoltzkhirchen vber ainen weingarten daselbs bey dem prunlen ligund der geben an Sand Angnesen tag a° 1328 "

1330, 8. Juli , Avignon A 95/13

Papst Johannes XXII. verfügt, daß in päpstlichen Schreiben zu Gunsten der Augustiner-Eremiten das Wort Provinz nicht im üblichen Sinn sondern nach dem Brauch des Ordens auszulegen ist.

" Johannes episcopus servus servorum dei. Dilectis filijs .. Priori generali et fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum sitis viri sacre religioni dediti, obsequijs divini cultus ascripti, sancte contemplationis merito deputati, sacreque pagine vacetis studijs, verbum euangelizetis dominicum, illudque per eius predicationem salubrem in cordibus hominum seminetis, et per hec et alia, pie, ac innocentis vite merita, proficiatis vobis et alijs ad salutem, sedes apostolica in suis actibus matura clemens et in benignitatis dulcedine affluens, rationi congruum et salutare profecto reputat, ut premissis ad dei laudem et gloriam animarumque profectum, liberis et puris affectibus, quietis et sincereris mentibus, iugiter intendere valeatis, pijs vestris desiderijs condescendere favorabiliter et benigne, ac proinde, vos et ordinem vestrum specialiter, libenter prosequitur gratijs, et effert favoribus oportunis. Ex tenore siquidem humilis et devote petitionis pro parte vestra, nobis oblate percepimus, quod cum in nonnullis privilegijs, vobis et eidem ordini per apostolicam sedem concessis, et alijs litteris apostolicis vobis interdum directis, ad commodum, et favorem vestrum, et ipsius ordinis, non numquam de Provincijs mentio habeatur, exinde orta fuit, et oritiur frequenter, materia questionis, plerisque clericis et laicis, minus recte intelligentibus, et asserentibus, Provincias secundum Metropoles, vel iuxta id quo apud laicos, seu vulgus, ipse Provincie designantur, fore intelligendas et nuncupandas provincias prelibatas. vobis vero sententibus, et asseverantibus, dictas Provincias intelligendas existere secundum quod dudum per vos, et dispositionem dicti ordinis, sunt distincte. Quare nobis humiliter supplicastis ut vestre in hac parte, providere quieti, de sedis prefate clementia dignaremur. Nos igitur volentes apostolice auctoritatis censura, huiusmodi alterationis scrupulum amputare, vestris super hoc supplicationibus inclinati, auctoritate presentium declaramus,

quod ubicumque in huiusmodi privilegijs, litteris, concessionibus, vel scripturis apostolicis impetratis, fit de Provincijs habita mentio , vel talem mentionem habere contigerit in illis imposterum impetrandis Provincie ipse intelligi debeant, secundum distincti= onem et limitationem ordinis memorati. Nulli ergo om= nino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipo tentis dei et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione VIIJ Idus Julij Pontificatus nostri Quartodecimo."

Bleisiegel an rotgelber Seidenschnur.

1339, 1o. November, Avignon A 95/14

Johannes, Kardinalbischof von Porto und Santa Rufina, läßt durch seinen Notar, Paulus de Ponte, die Bulle des Papstes Johannes XXII. d.d. Avignon, 2o.1.1327, abschreiben und beglaubigen, durch die der Papst an der Begräbniskirche des hl. Augustinus " In Cölo Aureo" zu Pavia neben dem bereits bestehenden Augustiner - Chorherrnstift die Gründung eines Augustiner Eremiten= klosters anordnet und die Beziehungen der beiden Kom= munitäten zueinander regelt.

"In nomine domini amen. Noverint universi presentes pariter et futuri quod Nos Johannes miseratione divina Portuensis et Sancte Rufine Episcopus Cardinalis. Vi= dimus, tenuimus et de verbo ad verbum inspeximus dili= genter, quandam patentem litteram Felicis Recordationis domini Johannis ppe. XXIJ, vera bulla plumbea ipsius dominj ppe. in filis sericis bullatam, non viciatam non cancellatam non in aliqua sui parte ut prima appa= rebat facie abolitam cuius tenor dinoscitur esse talis.

"" Johannes Episcopus servus servorum dei. dilectis filiis .. Priori generali et fratribus ordinis Heremi= tarum sancti Augustini Salutem et apostolicam benedic= tionem. Veneranda sanctorum patrum doctorum ecclesie vita promeruit ac ipsorum celebris proficuaque doctri= na persuadet ut eis qui iam deum facie ad faciem tene= brarum fugata calligine intuentur in patria, quique illius suavissima felicitatis dulcedine perfruuntur, a nobis et cunctis Christi fidelibus in huius peregri= nationis nostre via dum vivimus,ubi eum in engimate vidâmus per speculum quantum ex alto conceditur debita honoris et laudis exhibitio tribuatur. Honor enim illis exhibitus exhibetur Christo laudes eorum salvatoris nostri redundant in laudem quem et laudare et honorare dum viverent veluti ipsius mancipati obsequiis inde= fessis preconiis non cessarunt, Propterea psalmista hortabatur cum diceret laudate dominum in sanctis eius. laudatur enim dominus qui sanctos fecit eosque ut lau= darentur immo ut ipsum in seculum seculi collaudarent instituit, cum ijdem in eum et propter eum dignis pre= coniis attolluntur. Verum utique isti sancti sunt vere doctores ecclesie, Gregorius scilicet, Ambrosius, Au= gustinus atque Jeronimus quorum doctrina informatur

ecclesia, quorum vita mores salubri=
ter informantur, ut de ipsis scriptum esse intelligatur
et merito, qui fecerit et docuierit, hic magnus vocabi=
tur in regno celorum, et illud, qui elucidant me vitam
eternam habebunt, per hos enim Quatuor doctores egregi=
os quasi per quosdam celestis erudditionis limpidissimos
rivulos divinj eloquij, novj scilicet et veteris testa=
menti, tociusque catholice firmitatis, a fonte sapienti
quod est verbum dei, in excelsis post gloriosissimorum
tamen Apostolorum et Euangelistarum instructiones vivi=
vicas, et ipsorum sacrata volumina, ad nos copiosa immo
uberima fluenta decurrunt, cum per eorundem doctorum
verba melliflua, scripture sacre fideique catholice
reserentur misteria, enodentur apices, parabole pateant
similitudines innotescunt, hoc eorum testantur epistule
sermones hoc edocent, libri efficatius hoc demonstrant,
hos inter celeberrimus idem pontifex Augustinus magne
quidem auctoritatis et sanctitatis presul, magne circum=
spectionis et provisionis, pater magne subventionis et
miserationis antitestes, dilectus itaque deo et homini=
bus, cuius memoria in benedictione est, veluti gemula
carbonculi ignite caritatis et flamme, in eloquentie
et sapientie, auri ornamento locata resplenduit, et
velut aquila grandis, venit ad Libanum et tulit medul=
lam cedri, dum aggressus est, questionis altissimas et
easdem profundissimas non expavit, quinimo in eis viti=
orum spinis abscisis, profligatis heresibus, earumque
radicibus extirpatis, catholice fidei veritatem, per=
duxit in lucem, eduxit in publicum, firmis et invictis
rationibus solidavit ut illius suavitatem dulcedinis,
ac si metullam cedri in holocaustum divine maiestatis
assumens, ad refectionem totius militantis ecclesie
propinaret. Grata itaque deo eius oblatio, acceptum
ipsius sacrificium, nobis utilissimum quod impendit,
quatenus de ipso non dubitative sed admirative et
comendative dicamus. Nunquid ingressus es profunda
maris et in novissimis abissi ambulasti, nunquid aperte
sunt tibi porte mortis et hostia tenebrosa vidisti,
habet ergo exinde, unde commendetur Augustinus, ex
scientia commendetur ex labore, laudetur ex intentione,
ex tollatur ex vita, nam cum vivendi normam sacre reli=
gionis prescriberet, presul idem tamquam forma gregis
factus ex animo, ne dum aliis predicaret ipse reprobus
efficeretur, eandem in se non minus servare quam alijs

imperare, quinimmo et illi supererogare satagit, ut diceret caritati vestre de nobis ipsis sermo reddendus est, hec dum nos, qui licet immeriti, vices dei et domi= ni nostri Jesu Christi teneamus in terris, quibusque tocius gregis dominici, cura ab ipso domino in persona beati Petri principis apostolorum, cuius successor existimus comissa est, pia devotione recolimus, et pro= funda meditatione pensamus, dignum arbitramur et congru= um, ut ibi tanti doctoris, corpus et presulis tumulatum qui escere dicitur, ibi ultra id quod sibi honoris ~~y~~ lau= dis ab universali exhibetur ecclesia singulari quadam reverentia a vobis et fratribus ordinis vestri, qui sub eiusdem patris regula degitis, et sancta observatione (-1 Wort-~~in~~ nicht lesbar-) quique divinis insistitis laudibus, ( 1 Wort nicht lesbar, Bug) orationj,incenditis exhortationj in sudatis (?) studio, et animarum saluti propensius vigilatis, specialiter honoretur, quatinus inibi tanquam membra suo capiti, filij patri, Magistro discipuli duci milites coherentes deo, et ipsi sancto, auctoritate fulti apostolica precordialius iubiletis, ubi et preceptoris vestri patris ducis et capitis Augu= stini noveritis reliquias fore sepultas,

Eapropter ad honorem Sancte ac individue trinitatis, beate et gloriose semperque virginis genitricis dei Marie, Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, ac eiusdem beati Augustini, doctoris Egregij omniumque sanctorum, necnon divini cultus augmentum, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica statuimus ac etiam ordinamus, quod fratres vestri ordinis, quibus presit prior secundum observantiam ipsius ordinis here= mitarum iuxta ecclesiam Monasterij Sancti Petro in Celo Aureo Papiensi, cui preest Abbas et Conventus Canonico= rum regularium ordinis beati Augustini predicti degunt inibi sub eodem, etiam ~~d~~ si ad Romanam Ecclesiam nullo pertineat mediante, ubi sacrum corpus, eiusdem beati Augustini esse dicitur solempniter tumulatum, mediate vel immediate prout eisdem priori et fratribus videbitur expedire, et fieri comode poterit usque ad Vicesimum= quintum vel Tricesimum, numerum ad minus iuxta subscrip= tam formam debeant insimul perpetuis futuris temporibus habitare, quodque vos dictos fratres ibidem usque ad huiusmodi numerum teneaminj deputare, quos auctore deo studeatis habere etate maturos, litterali scientia pre=

ditos, et honesta conversatione decoros, remanentibus tamen dictis Abbate et Conventu Canonicorum prout ipsi nunc sunt in Monasterio prelibato sicut infra plenius est expressum.

Sane fratrum habitatio predictorum constituatur in loco decenti, iuxta Ecclesiam Monasterij antedicti prout superius est expressum, et ab eorundem Abbatis et Canonicorum habitationibus sit discreta, et taliter disponatur, quod ipsi fratres, eandem ecclesiam dicti Monasterij per aliam portam de novo inibi faciendam libere ingredi et egredi valeant ac in eadem Ecclesia cum dictis Abbate et canonicis iuxta modum designatum inferius in divinis officiis interesse etiam si dicta ecclesia existat et huiusmodi habitatio ipsorum fratrum fuerit infra spatium Cannarum infra quod ecclesiam vel oratorium seu locum religiosum aut habitationem religiosorum non debere construi nonnullis religiosis mendicantium et aliquorum aliorum ordinum per ꝺ speciale apostolice sedis privilegium est indultum, talisque super hoc provisio habeatur quod dicti Abbas et Canonici propter huiusmodi portam faciendam et habitationem ipsorum fratrum ut premittitur disponendam, nequeant in suis habitationibus impediri, sed habitationes dictorum fratrum ab ipsorum Abbatis et Canonicorum habitationibus sint discrete, ac diversis Refectoriis comedand, et dormitoriis dormiant hij et illi in suis Refectoriis et dormitoriis separatis. Dictam autem habitationem et domos refectorium, sive dormitorium, claustrum, ortum, cum aliis officinis debitis et consuetis iuxta morem dicti ordinis heremitarum ijdem fratres construi facient suis sumptibus, vel de helemosinis fidelium absque onere ipsorum Abbatis et Canonicorum prout dictis fratribus deus ministrabit.

Et provideatur attentius in hac parte, quod si fundus vel solum ubi dicti fratres hedifficare voluerint, sit aliquarum privatarum personarum, vel dilectorum filiorum Confratris, seu venerabilis fratris nostri .. Episcopi Papiensis, aut alterius ecclesie, dummodo aliquod aliud monasterium, vel ecclesia inibi non existat, illum vel illud prefati fratres ement, vel alijs iustis modis acquirent, et ibidem hedificabunt suis sumptibus, vel de huiusmodi elemosinis prout superius est expressum.

Si vero idem fundus seu solum, Abbatis et Canonicorum existeret predictorum, illum vel illud nichilominus dicti fratres ement iusto pretio ab eisdem. Quod si forte Abbas et Canonici antedicti, predictum fundum seu

solum pro iusto ut prefertur precio, nollent vendere fratribus memoratis, eos ad id munitione premissa per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra decernimus compellendos. In divinis autem officijs modum, servari volumus subsequentem, scilicet quod cum tam canonici quam fratres predicti conforme divinum officium dicantur habere, ipsi Canonici et fratres in simul eisdem temporibus, locis et horis pensum debite servitutis domino soluturi conveniant in ecclesia memorata, ita quod ab eis non diversis, sed eisdem temporibus, locis et horis, hore canonice et misse solemmnes in dicta ecclesia celebrentur. Secretas autem missas, dicti canonici et fratres legere poterunt prout volent, honestate, decentia, et abtitudine loci et temporis observatis, Volumus tamen, ut si altaria, in dicto Monasterio iam erecta sint equalia numero, eorum medietas, dictis canonicis, et Reliqua medietas eorundem, eisdem fratribus pro legendis missis assignentur huius= modi. Si vero existant in equalia numero, maior pars eorum, ad id deputetur fratribus memoratis, Et quia idem Abbas, antiquior in loco, et dignitate maior existit Abbas qui est et pro tempore fuerit, in celebrationibus missarum et predicationibus, in natalis dominj et Epi= phanie dominice in Ramis palmarum, Resurrectionis et Ascensionis dominjce, Pentecostes, Nativitatis beati Johannis Baptiste, in omnibus et singulis sanctorum Petri et Pauli apostolorum, Asmumptionis et omnibus alijs Beate virginis, Sancti Augustinj, Omnium sanctorum, Consecrationis seu dedicationis ecclesie dicti Monasterij et in omnibus sanctorum solennioribus eiusdem Monasterij festivitatibus quibus specialiter consuevit multitudo fidelium convenire in ecclesiam dicti Monasterij pre= feratur, ut missam solenniorem celebrandam diebus huiusmodi celebret, et in solenniori predicatione, ipsis etiam diebus predicet si hoc voluerit idem Abbas. Si autem celebrare aut predicare nequiverit vel voluerit ipse Abbas, loco eius, si tamen ipsum Monasterium priorem claustralem habeat, ipse prior claustralis in huiusmodi celebratione ac predicatione succedat. Omnino si quidem priore claustrali si eum Monasterium ipsum habeat ut prefertur celebrare seu predicare similiter non valente vel nolente, tunc Prior eorundem fratrum dicti loci vel is cui per fratres ipsos iuxta morem eorum hoc celebrationis et predicationis officium committetur,

de ipsis misse celebratione ac predicatione disponat prout eis videbitur faciendum. Alijs vero diebus tam dominicis et festivis quam etiam ferialibus, quotienscumque predicari, necnon in antedictis festivitatibus sive diebus solennioribus preterquam in predicatione solenniori ut supra exprimittur si in eisdem festivitatibus seu solennioribus diebus, eadem forsan die pluries in eodem Monasterio contigeret predicari, predicationes huiusmodi dicti fratres vel ille cui hoc ipsi iuxta morem huiusmodi committent distribuent et assignabunt etiam ipsi Abbati, prout eis videbitur expedire. In sedendo vero in eadem ecclesia quibuscumque diebus ipse Abbas solenniorem locum teneat, jpsique Canonici iuxta eum, In processionibus autem dictus Abbas sit ultimus ipsumque proxime precedant prior Claustralis et Canonici prelibati, servatis tamen per eos quo ad alios viros ecclesiasticos Religiosos et seculares in incedendo loco et ordine hacthenus per ipsos in processionibus consuetis, Prefati autem fratres in incedendo in processionibus huiusmodi antiquum locum et ordinem suum servent. De aliis insuper missis Conventualibus in dicta ecclesia celebrandis taliter ordinamus et volumus observari quod .. Abbas, Canonici et fratres predicti dividant seu assignent inter se se iuxta numerum personarum sufficientiam et expedientiam eorundem, qualiter aliquas Abbas si ab hoc vacare voluerit aliquas, Canonici, et nonnullas fratres predicti missas celebrent et alia officia sive per ebdomadas seu singulis diebus vel alias prout expedientia exegerit et decentia suaserit partiantur

Volumus tamen ut divisio et partitio huiusmodi, et missarum celebrandarum ac totius divinj officij diurnj et nocturnj assignatio, incipiendo tamen primo in Abbate si ut premittitur ad id vacare voluerit, et in Canonicis prelibatis, deinde ad fratres perveniendo predictos, necnon pulsatio campanorum ad divina officia vivorum et mortuorum et horis canonicis ad eundem priorem predictorum fratrum vel ad illum cui huiusmodi officium divisionis particionis assignationis , et Campanarum pulsationis, iuxta morem eorundem fratrum commissum fuerit debeat pertinere.

Idem quoque volumus observari, si plures eadem die misse conventuales in eadem ecclesia celebrentur, ut puta una de die, et altera de Sancta Maria, et de sancto Spiritu, vel in similibus aut pro vivis vel defunctis, ut inter eosdem, Abbatem Canonicos et fratres sicut pretangitur dividantur, et etiam assignentur, Reservata dictis Abbati et priori Claustrali si ut supradicitur sit ibidem, prerogativa in celebratione solennioris misse, in festivitatibus sive diebus solennioribus supradictis, quemadmodum superius est expressum. Prohibemus autem ne dicti fratres, de audiendis confessionibus parrochianorum eiusdem ecclesie dicti Monasterij et de sacramentis ecclesiasticis ministrandis eiusdem se aliquathenus intromittant, nisi iuxta formam constitutionis felicis recordationis Bonifacij ppe. VIIJ predecessoris nostri super hoc et certis alijs articulis edite, ac per pie memorie Clementem papam V predecessorem nostrum innovate necnon secundum constitutionem, a Clemente predicto editam ne Religiosi certa sacramenta ecclesiastica clericis et laycis ministrare presumant sine parrochialis presbiteri licentia speciali, aut permissione iurium aliorum, sed ipsorum parrochianorum confessiones audiant, et eis sacramenta predicta ministrent dicti abbas et Canonici, vel alij in dicto Monasterio vel alibi quibus hec antea competebant, prout iuris existit et consueuerunt temporibus anteactis. De sepulturis vero ℔ defunctorum qui sepelientur apud Monasterium antedictum, et de funeralibus que ratione corporum ipsorum defunctorum obveniunt ex certis causis legitimis inter eosdem Abbatem Canonicos et fratres, ad presens non disponimus nec etiam ordinamus. sed illorum dispositionem et ordinationem novis et sedi apostolice in posterum duximus reservandas, nisi dum taxat de parrochianis antiquis ecclesie Monasterij prelibati, quj sepelientur apud Monasterium antedictum, de quorum funeralibus et legatis seu relictis alijsque quibusvis oblationibus et et obventionibus que ratione corporum ipsorum parrochianorum proveniunt totum ut est hacthenus consultum cedat Abbati et Canonicis memoratis. Preterea ordinamus et volumus, ut oblationes que offeruntur in altari vel alibi in Monasterio prelibato, in peccunia, pannis et similibus, nisi offerentes expresse distingant (!), quid quantitative velint esse Abbatis et Ca=

nonicorum, et quid quantitative fratrum, sint cōmunes Abbati et Canonicis,ac fratribus antedictis, ut videlicet Abbas et Canonici medietatem, et fratres prefati reliquam medietatem oblationum habeant earundem. Alie vero oblationes que specialiter predictis Abbati et Canonicis a fidelibus dota fuerint cedant eis. Ille autem huiusmodi oblationes, que similiter eisdem fratribus a dictis fidelibus extiterint erogate remaneant fratribus memoratis. Ea tamen que ad cisum altaris vel ecclesie pro luminaribus vel alias ad divinum cultum donata fuerint a fidelibus prelibatis in usum huiusmodi secundum iuris exhigentiamexpendantur fideliter et etiam convertantur. Si autem super predictis vel aliquo seu aliquibus eorundem aut circa ea, inter Abbatem et Canonicos ex parte una, et fratres prefatos ex altera contigerit aliquam ambiguitatem oriri eisdem Abbati, Canonicis et fratribus licentiam elargimur, ut super hijs inter se se possint quod eis videbitur expedire salubriter ordinare, ac petere ordinationem huiusmodi a sede predicta ubi opus fuerit confirmari. Licet autem suprascripta prout distinguntur (!) duxerimus statuenda et etiam ordinanda eaque volumus firmiter observari, nichilominus tamen nostre intencionis existit et volumus quod predictis Abbati et Canonicis eorumque successoribus in perpetuum inconcussa et illibata permaneant omnia et singula privilegia, indulgentie, exemptiones, libertales, immunitates, decime, prioratus, aliaque membra, grangie, ecclesie, Capelle, Castra, Ville, Casalia, Manena, Domus, terre, Vinee, possessiones, prata, pasqua, nemora, silve, Stagna, Lacus,Molendina, Decursus aquarum aliaque bona mobilia et inmobilia, jus patronatus, ceteraque Jura, actiones et iuridictiones ipsorum, ac dicti Monasterij in quibuscunque, et ubicunque consistant, et quibuscunque nominibus censeantur, ut ea omnia et singula plene ac libere habeant ipsisque gaudeant, utantur prout ad ipsas pertinat quibusque iustis modis seu titulis ac eis competit, ex privilegio, consuetudine, vel de iure, ita quod nullum eis quo ad premissa privilegia et alia prenominata iura et bona ipsorum seu aliqua vel aliquod eorundem preiudicium generetur, vel obstaculum valeat quomodolibet interponi. Postremo per huiusmodi statutum, ordinationes, decretum et voluntates nostra et alia que in presentibus inse=

runtur,non intendimus,ut dicti fratres,ipsis Abbati, Conventuj seu Canonicis, sint subiecti, nec etiam econverso, set Canonici prefati prout modo Abbati subsint eidem et corrigantur, ac puniantur ubi necesse fuerit ab eodem, necnon observent suam regulam suasque licitas et honestas consuetudines sicut prius. Predicti vero fratres secundum Regulam eorundem ac privilegia et indulgentias dicte sedis, ipsi ordinj Heremitarum indulta, suasque consuetudines et constitutiones licitas et honestas vivant, et a prelatis corrigantur eorum et puniantur prout opus fuerit secundum sui ordinis disciplinam, Non obstantibus supradicto cannarum privilegio, et quibuslibet alijs per que statuti, ordinationis, decreti, et voluntatum nostrorum predictorum executio impediri posset quomodolibet vel differi, et de quibus plenam et expressam oporteret in eisdem presentibus fieri mentione. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, prohibitionis, reservationis, concessionis, et voluntatum, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione XIIJ Kalendas Februarias Pontificatus nostri, anno undecimo""(2o.Jänner 1327)

In cuius littere, Visionjs, Receptionjs, et Inspexionis testimonium, presens publicum Instrumentum dicte littere seriem continens, per Paulum Notarium nostrum infrascriptum, fieri, et in hanc formam publicam Redigi mandavimus, et sigilli nostri appensione munirj. Datum Avinione in Hospicio habitationis nostre, sub anno nativitatis dominj Millesimo Trecentesimo Tricesimonono , Indictione Septima, die decima, Mensis Novembris, Pontificatus sanctissimi patris et dominj nostri dominj Benedicti divina providencia ppe.XIJ Anno quinto. presentibus Venerabilibus Viris fratre Guillermo de Brunebello procuratore ordinis predicti. fratre Conrado, priore de Wienna dicti ordinis, Bertrando Bricij Canonico Albiensi et Petro Rectore Ecclesie Sancti Affricanj Vaurensis (= Lavaur,Erzbistum Toulouse,Frankreich) diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis (1339,1o.November)

Et ego Paulus de Ponte clericus Mirapiscensis diocesis (=Diözese Mirepoix, Erzbistum Toulouse, Frankreich) publicus Imperiali Auctoritate notarius, Visionj et Inspexionj dicte littere et omnibus alijs supradictis una cum prenominatis testibus interfuj, et predicte littere tenorem, de verbo ad verbum, nil addens vel minuens, manu propria de mandato dicti dominj mei cardinalis, in hoc, publico Instrumento conscripsi, Et quia facta diligenti collatione de instrumento huiusmodi, cum ipsius originali littere, ea concordare invenj. Ideo in hanc publicam formam Redegi fideliter, meumque signum apposuj consuetum rogatus in testimonium premissorum."



Siegel des Kardinals Johannes von Porto und Sancta Rufina in rotem Wachs an zweifarbiger Seidenschnur; Inschrift teilweise lesbar:
".....S DEI GRATIA PORTUEN:ET SCE RVFINE"

Nebenstehendes Signett des Notars Paulus de Ponte.

A99/1

1343, 3.6. ; Neuhofen

Marchart der Luchsnicher schenkt der Kirche zu Neuhofen ein Lehen zu Ober Umberg, Pf. Euratsfeld.

"Ich Her Marchart der Luechsnicher vnd alle vnser erben vergehen offenleichen an disem prief vnd tuen chunt allen den die disen prief an sehen oder horent lesen die nu lemtig sint oder her nach chuftig wernt Daz wier mit gutleichem willen vnd mit wol dachtem muet nach vnser pesten frewnt rat zue den zeiten du wier iz wol getuen machten gewidemt Haben auf daz gotshaus ze Nevnhouen hintz vnser frawen daz lehen daz da leit ze Vemperg in dem wenigen doerflein mit VI schilling phenning vnd swan daz guet gestift viert So schol man gewen XII auf vnd XII ab vnd auch nimer also peschaidenleichen vnd swer auf dem lehen sitzet der schol alle iar an sand Georgen tag dien VI schilling phenning dem Zechmaister der den Zemaister ist daz Newnhouen vnd swo der lechner den dienst versez an dem tag so schol daz lehen allez daz re recht haben an wandel daz ander purchret recht hat vnd s schol auch der Zechmaister allev iar geben LX phenning dem pharrer der den pharrer ist datz Newnhouen dez nesten suntags nach sand Georgen tag vnd schol auch der pharrer der den pharrer ist datz Newenhouen Hern Marchartz dez Luechsnicher iar tag pegen an dem tag mit drin mezzen vnd aller seiner vadern vnd schol auch der pharrer hern Marchartz dez Luechsnicher vnd aller seiner vodern alle suntag gedench auf dem Lecter vnd ob daz wer daz man dem pharrer nicht engew sein phenning an dem tag so schol er den Zemaister noetten mit der gotse wer auer daz daz der pharrer savmig dar an wolt sein so schol der Zechmaister die phenning mit einer gewissen auf daz gotshaus ze pessrvm anlegen daz die redd vnd die stiftvm stet vnd vnzebrochen peleib dar vber gib vnd alle mein erben disen prief dem gotshaus zue eim warn vrchvnt mit vnserm anhagvndem insydel der prief ist gegeben ze Newnhouen du man zalt von Christes gepuert driuzehenhudert iar vnd dar nach in dem drev vnd fiertzichistem iar des ertags in den phingst veigertagen.

(Siegel fehlt.)

1347, 19. Juli, Avignon A 95/15

Papst Clemens VI. dehnt die den Augustiner Eremiten von Papst Bonifaz VIII. gewährte Exemtion auch auf die Immunität von jeder bischöflichen Gerichtsbarkeit aus.

" Clemens episcopus servus servorum dei, Dilectis filijs .. Generali, et alijs prioribus ac fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini, Salutem et apostolicam benedictionem. Ad fructus uberes, quos sacer ordo vester in agro militantes ecclesie celestis agricole dispositione plantatus indesinenter producit, considerationis nostre aciem convertentes , et considerantes attente quod voluntariam eligentes pro Christi nomine paupertatem sub arte religionis iugo, devotum deo incessanter obsequium exhibetis, dignum ducimus, ut vos et ordinem vestrum specialis (!) sedis apostolice libertate ac privilegio muniamus. Sane petitio vestra nuper nobis exhibita continebat, quod licet felicis recordationis Bonifacius ppā VIII predecessor noster tunc in humanis agens, vos et ordinem vestrum ac personas et ecclesias oratoria, domos, res alias et loca vestra ac spectantia ad eadem in quibus in quibus inhabitabatas tunc vel inhabitaretis imposterum, cum omnibus iuribus et pertinentijs suis ac personis degentibus in eisdem in ius et proprietatem beati Petri apostolorum principis ac sedis apostolice assumpsisset, illaque a cuiuscunque diocesani et cuiuslibet alterius potestate iurisdictione ac dominio imperpetuum exemisset omnino, decernens extunc vos et ordinem ipsum ac personas ecclesias, oratoria, domos et loca prefata necnon pertinentia ad eadem soli Romano pontifici et eidem sedi in spiritualibus et temporalibus absque ullo medio subiacere. Ita quod nec locorum Ordinarij nec alia quevis persona ecclesiastica in vos et ordinem, personas, ecclesias, oratoria, domos, et loca predicta utpote prorsus exempta possent excommunicationis, suspensionis aut interdicti promulgare sententias vel alias potestatem seu iurisdictionem aliquam exercere, ac omnino irritum et inane siquid in contrarium foret attemptatum, tamen quia in indulto exemptionis huiusmodi non cavetur, quod vos ratione delicti seu contractus aut rei de qua agitur, conveniri minime valeatis, vos timentes super hijs posse forsan imposterum molestari, nobis humiliter

supplicastis, ut providere vobis super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui vos et ordinem ipsum speciali prosequimur in domino caritate, cupientes attente, ut eo sit quietior status vester quo ampliori dicte sedis dotati fueritis libertate, vestris supplica= tionibus inclinati, vobis et successoribus vestris im= perpetuum auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus, ut huiusmodi eiusdem predecessoris indulto in suo robore permanente, coram quibuscumque Diocesanis et locorum Ordinarijs ac alijs Judicibus quibuscunque ratione delicti contractus, seu rei de qua agitur ✗ conveniri vel impeti nullatenus valeatis felicis recor= dationis Inocentij ppē IIIJ predecessoris nostri et alijs Constitutionibus apostolicis contrarijs nom ob= stantibus quibuscunque. Decernentes exnunc irritum et inane si secus super hijs a quoquam quavis auctoritate scienta vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario con= traire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indigna. tionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apo= stolorum eius. se noverit incursurum. Datum Avinione XIIIJ Kal. Augusti Pontificatus nostri Anno Sexto."

Unterschriften:

Jo.Honoris

Duplicatum

A. Fabri

Bleisiegel Clemens VI an rotgelber Seidenschnur

1348, 3o. Oktober A 94/1

Eberhard von Wallsee und seine Frau Anna vermachen dem Kloster Säusenstein ihren Zehent zu Fels am Wagram, dessen Passauer Lehenschaft sie um 32o Pfund alter Wiener Pfennige abgelöst haben.

"Ich Eberhart von Waltse tze den czeiten Hauptman ob der Ens, Fraw Anna mein Hawsfraw, Eberhart vnd Heinreich von Waltse vnser Sün verichen ..... Vmb den czehenten cze Veltz der vnser ist, vnd den wir von dem Gotzhaus cze Pazzaw cze rechtem lehen haben, vnd den ich Fraw Anna von Waltse besunderlich von meinem lieben Herren Bischof Albrechten von Pazzaw seligen vnd se seinem Gotzhaus czelehen genomen han, als mein brief vnd vrchund dar uber sagent, vnd den ich mit dez vor genanten meines Herren von Pazzaw, vnd auch mit meines lieben Herren vnd wiertes willen vnd Rat Vmb drev Hundert vnd vmb czwaintzich pfunt alter Wienner münzz pfenning, geledigt vnd in mein gewalt cze Satze gelost vnd pracht han, Daz ich den selben czehenten cze Veltz mit alledas (?) vnd dar czu gehört vnd Auch mit allen den rechten di ich darauf han swi so di genant sind, ..... sel willen Vnserr Stiftung dez Chlosters cze Gotes tal, nach meinem tod gar vnd genczleich gewidmet gemacht vnd gegeben han, Also daz wir bei vnserm lembtigen leib allen vnsern fleizz mit trewen darczu tun sullen daz der ob genant czehent vnd Satz als vor geschriben stet, der selben vnserr Stiftung cze Gotes Tal, von den egenanten Pistvm cze Pazzaw, richtichleich gemachet vnd cze aygenschaft auz pracht vnd gegeben werde Ob wir dez bei der vorgenanten vnserr lieben frawen Anna von Waltse lembtigen leib, von dem offt genanten Gotzhaus cze Pazzaw nicht auz pringen noch auz getragen mochten, So sollen wir Eberhart vnd mein vorgenant Sun von Waltse, nach irem tod, den selben czehenten cze Veltz von dem egenanten vnserm Chloster cze Gotes Tal ledigen vnd losen, vmb die drev Hundert vnd czwaintzich pfunt pfenning alter Wienner münzz als vorgeschriben stet, ..... ..... geben wir disen offen brief, mit vnser aller anhangunden Insigeln versigelt, Der geben ist nach Christes gepurt dreutzehen Hundert Jar Dar nach in dem Acht vnd viertzigsten Jar dez Pfintztages vor Aller Hayligen tag." (Alle 4 Siegel fehlen.)

1349, 1. August, Neuburg A 95/16

Notariatsurkunde. Kardinal Guido, Legat des apostolischen Stuhles, trägt dem Bischof von Passau auf, die Dominikaner und Franziskaner gegen den Pfarrklerus in Schutz zu nehmen, der sie an der Spendung des Bußsakramentes hindern will, und fügt zum Beweis die Bulle des Papstes Johannes XXII. (Avignon,25.Juli 1321) ein.

"Guido miseratione divina tituli Sancte Cecilie presbiter Cardinalis, apostolice sedis Legatus. Venerabili patri Episcopo Patauiensi. Salutem et sinceram in domino Caritatem. Cum nuper apud Wiennam Vestre Dyocesis residentiam faceremus. Religiosorum virorum. Prioris fratrum Predicatorum, et Gvardiani fratrum Minorum ordinum pro se ipsis et omnibus alijs fratribus eorundem ordinum, in prefata vestra dyocesi Pataviensi consistentium querelam recepimus continentem quod nonnulli plebani et Rectores parrochialium ecclesiarum dyocesis supradicte et eorum loca tenentes quandoque palam predicant populis, et inprivatis Colloquijs personis alijs suggerunt, quod fratres predicti per superiores eorum ad confessiones audiendas, et eisdem confiteri volentibus penitentias salutares iniungendas. Secundum formam. Constitutionis Apostolice super hoc edite electi, et locorum ordinarijs presentati, nec confessiones audiendi, neque eisdem peccata confidentibus absolutionis beneficium inpendendi habent aliquam facultatem seu liberam potestatem, quodque aliqui ex predictis plebanis. Rectoribus, sive eorum loca tenentibus, in die cene domini, parrochianos eorum qui infra annum tunc preteritum eis confessi non fuerint excommunicant, et quod parrochianis eorum sanis qui confitentur fratribus supradictis, nisi eisdem plebanis, Rectoribus, seu eorum loca tenentibus iterum confessi fuerint in Cena Domini et alijs etiam temporibus et quandoque etiam infirmis denegant Eucharistie sacramentum quodque nonnulli ex supradictis plebanis.Rectoribus,seu eorum locatenentibus asserunt atque dicunt, quod confessi fratribus supradictis et ab ipsis absoluti eadem peccata plebanis Rectoribus seu eorum locatenentibus tenentur de iure tamquam proprijs sacerdotibus iterum confiteri.

Nos igitur attendentes. quod supradicti fratres sicut premittitur, ad confessiones audiendas electi et ordinarijs presentati habent ex auctoritate et concessione

apostolice sedis, audiendi confessiones eisdem confiteri volentium et iniungendi eis penitentias salutares libe= ram potestatem, et propter hoc supradictis fratribus confessi et ab ipsis absoluti, non tenentur de iure supradictis plebanis.Rectoribus sev eorum locatenentibus peccata eorum a quibus absoluti fuerint per eosdem fratres iterum confiteri, cum proinde habeatur, ac si fuissent confessi suis proprijs sacerdotibus plebanis sev curatis, vel eorum locatenentibus supradictis et ab ip= sis etiam absoluti. Considerantes etiam, quod supradictis plebanis.Rectoribus seu eorum Locatenentibus ex illa sola dum taxat causa, quod parrochiani eorum non fuerint eis confessi infra annum, parrochianos supradictos excommunicationis sententia, innodare non licet Cum secundum Canones illis ingressus tantummodo interdicatur ecclesie, et si tunc decedentur non debent recipi ad ecclesiasticam sepulturam. Prospicientes quoque, quantum sit periculosum presertim infirmis negare Eucharistie sacramentum, a quo etiam sani, et si ex causa ad tempus differi possint, ab eius tamen devota receptione non debent totaliter prohiberi. Diligentius etiam intuentes, quod asserere et dogmaticare, quod confessi illis sacer= dotibus quibus de iure communi vel privilegio competit audire confessiones volentium sibi confiteri et eis penitentias iniungere teneantur, peccata semel per eos confessata iterum confiteri est per Constitutionem felicis recordationis Johannis ppē.XXIJ cuius tenorem inferius inseri fecimus, dampnatum et merito reprobatum, ac volentes super premissis quantum cum deo possimus, prelibatis plebanis.Rectoribus eorumque loca tenentibus, supradictis quoque fratribus et parrochianis de salubri remedio providere, Prenominatos plebanos.Rectores et eo= rum loca tenentes, ac eorum quemlibet tenore presentium auctoritate qua fungimur. Primo.Secundo.Tertio, et ex causa Canonica munitione premissa una pro omnibus re= quirimus et monemus ipsisque et eorum cuilibet sub pena excommunicationis districte precipimus et mandamus, quatenus, a supradictis predicationibus suggestionibus, dogmaticationibus, assertionibus sententiarum excommuni= cationis prolationibus, et sacre Eucharistie sacramenti delegationibus omnino desistant postquam fuerit eis presentis nostre ordinationis per vos seu alium vel alios de mandato nostro sev alio quovismodo sufficienter et legittime facta fides/quod si ex tunc aliquis predicta vel eorum aliquod a quibus sev quo nos eos sicut premit=

titur precipimus abstinere duxerit committendum, et supradictis nostris requisitionibus, monitionibus, mandatis et preceptis parere contempserit, nos in illos sev illum qui in premissis vel aliquo premissorum, inobedientes, contumaces fuerint vel rebelles in hijs scriptis, excommunicationis sententiam promulgamus. Absolutionem illorum qui sententiam ipsam semel sev pluries incurrerint vobis specialiter committentes. volumus tamen quod transgressoribus huiusmodi penitentiam congruam imponatis, et eos ad satisfactionem debitam compellatis. Insuper prefatos plebanos Rectores, et eorum locatenentes requirimus et hortamur, quod fratres predictos, in locis ubi ipsi fratres non habent ꝑ ecclesias sev Conventus, ad audiendum confessiones illorum, qui eisdem confiteri voluerint in ecclesijs quarum curam gerunt. libere sedere permittant, quantum reverentie que debetur penitentie sacramento honestati fratrum predictorum, et personarum eisdem confiteri volentium, magis congruit confessiones fieri et audiri in ecclesijs divino culti deputatis, quam in locis privatis et habitationibus singularum personarum, prefatis quoque fratribus in predicationibus quas ad clerum vel populum facient, maliciosa impedimenta non prestent, quominus predicationes predictas facere et prosequi vabant, ac in predicationibus ipsis vel extra eas, prout et quando fratribus ipsis videbitur elemosinas a fidelibus petere et mendicare permittant Et in locis sev ecclesijs prefatorum fratrum sepulturam eligentes, ab electione tali, nullo terrore, nullaque conminatione deterreant,sev ab electione huiusmodi, per modos illicitos non abducant sed fratres ipsos sincera in omnibus et fraterna caritate pertracteht. Versa vice fratribus supradictis in virtute sancte obedientie iniungimus, quatenus humilitatem quam verbo et habitu proferunt, facto realiter exhibentes, et ab omni iniuria omnique molestia, prefatis plebanis.Rectoribus et eorum loca tenentibus inferenda ponitus abstinentes, prenominatos plebanos, Rectores, et eorum locatenentes sic revereri et honorare omnino procurant, quod ipsi ad eorum promotiones et beneplacita fortius animentur Porro diligentius attendentes honestatem morum, probitatem vite, litterarum scientiam et alia multiplicia dona virtutem quibus largiter bonorum omnium deus, fratres ordinum predictorum multipliciter insignivit, quodque ex eorundem fratrum devotione, et studijs universali ecclesie hactenus magna comoda provenerint, et sperantur

in futurum auctore domino verisimiliter proventura. Vobis in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus, quatenus per vestram dyocesim cum ab eisdem fratribus simul vel divisim fueritis requisiti, presentem nostram ordinationem et omnia et singula prenominatis plebanis.Rectoribus et eorum loca tenentibus, et populis intimare, nuntiare et publicare,ac exponere, per vos vel alium quantocicius commode potueritis studiatis, ipsosque fratres, ab iniurijs et Molestijs supradictis, et alijs quibuscumque auctoritate nostra et etiam prout ad officium vestrum pertinet defendatis et etiam protegatis, ut proinde apostolice sedis gratiam. que ubique terrarum fratres prefatorum ordinum paterno favore prosequitur, et eterne retributionis premium cum sanctis et electis dei, consequi vestra devotio mereatur. Tenor autem Constitutionis de qua superius fit mentio sequitur in hec verba ..

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus Patriarchis. Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filijs Electis, ad quos presentes littere pervenerint. Salutem et apostolicam benedictionem. Vas electionis doctor eximius et egregius predicator cuius predicatio mundum docuit universum, presumptuosam illorum audaciam refrenans sollicitus qui prudentie proprie innitentes, in errores varios prolabuntur, non plus sapere quam oportet. Sed ad sobrietatem sapere salubri doctrina suggessit, ut iuxta sapientis eloquium quisque sue prudentie modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium Magistrum Johannem de Polliato, sacre Theologie doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram presentiam vocasse semus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus peneten=tie sacramentum, non sobrie sed perperam sapiebat infrascriptos articulos periculosos continentes errores docens publice in suis predicationibus et in scolis. Primo siquidem astruens, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata que confessi fuerunt iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante statuto, omnes utriusque sexus edito in concilio generali. Romanus pontifex non potest facere, quod parrochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri,quem dicit esse

parrochialem curatum, ymo nec deus posse hoc facere, quia ut dicebat. Implicat contradictionem.
Tertio quod pp. non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones imo nec deus quin confessus habenti generalem licentiam teneatur iterum eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse ut permittitur parrochialem curatum.

Nos igitur scire volentes. si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum premissorum copiam eidem Magistro Johanni fecimus assignari, et ad defensionem sui audientiam plenam sibi prebuimus, tam in nostra et dictorum fratrum nostrorum presentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi deputatis. Verum licet prefatus Magister, dictos articulos, et contenta in ipsis defendere niteretur. asserebat tamen se paratum credere et tenere in premissis et alijs ea que credenda esse, sedes apostolica diffiniret. Nos igitur attendentes, quod dictorum articulorum assertio, predicatio et doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipsos per plures Magistros in theologya examinari fecimus diligenter, nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem sollertem habuimus super ipsis, per quas quidem collationem et examinationem super hec prehabitas comperimus, premissos articulos doctrinam non sanam sed periculosam multum, ac veritati contraviam continere, quos etiam articulos, omnes et singulos idem Magister Johannes veris sibi rationibus opinioni sue dudum habite contrarijs demonstratis in consistorio revocavit, asserens se credere eos non esse veros sed ipsorum contrarium verum esse, cum diceret se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, predicationem et doctrinam huiusmodi in errorem quod absit anime simplicium prolabantur, omnes predictos articulos, et quemlibet eorum tamquam falsos et erroneos, et a doctrina sacra devios auctoritate apostolica dampnamus et reprobamus de fratrum consilio predicatorum , doctrinam ipsis contrariam veram esse et catholicam asserentes, cum illi qui predictis fratribus confidentur non magis tenentur eadem peccata iterum confiteri, quem si alias illa confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta dictum Consilium generale. Optantes autem veritatis vias notas esse fidelibus et cunctis erroribus precludere aditum, ne

sub intret felicis Recordationis Alexandri IIIJ^ti et Clementis IIIJ^ti .Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum vestigia in mutando. Universis et singulis districtius inhibemus, ne quisque dictos articulos per nos ut premittitur dampnatos et etiam reprobatos vel contenta in eis vel aliquo eorum, utpote, a catholicis mentibus respuenda tenere audeant sev defensere quomodolibet vel docere. Quo circa universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus universi et singuli vestrum in civitatibus et dyocesis, vestris convocato Clero ,communiter omnia premissa et singula, per vos sev alios solempniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Johanni mandavimus, quod in scolis et Sermone Parisius predictos articulos et contenta in eis tamquam veritati contrarios, proprie vocis oraculo et asservatione constanti publice debeat revocare, quod se facturum efficaciter repromisit.

Datum Avinione VIIJ.Kal. Augusti Pontificatus nostri Anno Quinto.

Datum apud Nevenburgam Patauiensis Dyocesis Prefate Kalendas Augusti Pontificatus domini Clementis ppe VJ. Anno Octavo.

Et ego Laurentius Dietrici dictus Taechlaer Clericus Pataviensis Dyocesis publicus Apostolica ac Imperiali Auctoritate Notarius presentem Litteram executionis, ac declarationis Reverendissimi patris et domini, [illegible] domini Guidonis, divina miseratione Tituli Sancte Cecilie [illegible] presbiteri Cardinalis in formam publicam prescripsi et suo sigillo appenso munitam non rasam, non Cancellatam non vitiatam nec nec in aliqua sui parte corruptam sed [illegible] evcidenti correccione sub munimine sui sigilli roboratam, nil addens vel minuens quod sensum variet vel intellectum mutet, nisi de verbo in verbum manu mea redegi, meque signo solito et nomine proprio signavi. vocatus periter et rogatus in testimonium in testimonium premissorum."

A102/1

1349, 3o. November

Reversbrief der Augustiner von Seemannshausen über eine Jahrtagsstiftung des Peter Seemann von Mangern.

"Wir Brueder dez Coventz sand Augustins Orden.daz ist Brueder Philipp vnd Peter der Jung vnd Fridreich der Aspech schaffer Henrich der Zulndorfer vnd ander Bruder dez Gotzhauzz ze Semanshausen veriehen offenleichen an disen brief Daz wir dem ersam mann Petern dem Semann von Mangeren seiner Hausfrauen vnd seinen erben vnd seinen vorfodern vnd seinen nach chomen daz wir in All Jar Järleichen iren Jartag sullen begen ewichleichen an dem Achtäten tag nach sand Johanns tag der da ist ze weinachten. Dar vmb habent sie vnz gegeben ein halbez pfunt Regenns(burger) pfenning ewigez geltez auf dem freien gut ze Obern Swimbach da zv den zeiten gesezzen ist. Dietl der Widmer. Wir veriehen auch mer swo der vorgenant Seman verschied swo daz wär da schollen Wir in raichen mit vnsern pfärften (?) Wan er erwelt hat sich bei vnz hie zeligen. Ob Auch daz wer dez got nicht en geb. daz wir vnz vergäzzen oder vber furen, daz wir den vorgenant Jartag nicht begienen auf oben verschriben tag so soll daz gut mit allen Nutzen gevallen sein ain Jar gein Gotfriding den heiligen. Daz daz allez stät gantz vnd vnzerbrochen beleib daz oben verschriben ist. daruber zue einem waren vrchund geben wir in disen brief versigelten vnder dez Coventz Insigel dar vnder verpint wir vns allez daz stät zehalten vnd ze volfvren daz oben verschriben ist. Daz ist geschehen do man zalt von Christez geburt drvtzehen Hunder Jar Dar nach in dem Näun vnd virtzigisten Jar an sand Andres tag. dez heiligen czwelif poten."

Reste eines Siegels in ungefärbtem Wachs.

1363, 13. März Nürnberg A 95/17

Kaiser Karl IV. erlaubt den Augustiner Eremiten jene Güter anzunehmen, über die ihre Ordensbrüder vor der Profeß frei verfügen hätten können.

"In nomine sancte et Individue trinitatis feliciter Amen Karolus Quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Et Boemie Rex Ad perpetuam rei memoriam Si de innate nobis benignitatis clemencia et ex assumpte divinitatis officio singulorum curam gerere, nostra dignatur sublimitas Ad illos tamen amplioris gracie et pietatis oculos benigne convertimus, quos nobis divini cultus frequencia et continue devocionis sinceritas reddit acceptos, quoque seculi presentis vanitate dimissa Regi Regum et dominancium domino cuius ope magnifica Reges regnant, et principes dominantur conspicimus in simplicitate mentis et corporis iugiter famulari. Hinc est quod Religiosorum Priori Generalis, ceterorumque Priorium et fratrum Ordinis Heremitarum sancti Augustini per Alamaniam constitutorum devotorum nostrorum dilectorum, nostre Maiestati porrecta peticio continebat, Quatenus, ut ipsi possessiones et alia bona mobilia, et inmobilia, non feodalia, sed que liberas personas fratrum ad eorum Ecclesias de seculo fugiencium et professiones faciencium in eisdem, si remansissent in seculo, racione successionis, vel quocumque alio iusto titulo contigissent, et que alijs libere dare potuissent, petere, accipere et reddinere valeant, de speciali nostre serenitatis gratia concedere dignaremur. Nos igitur predictorum Religiosorum fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini precibus, pietate solita, quam ad eos, et eorum continue gerimus ordinem inclinati, ut possessiones et alia bona mobilia et inmobilia, non feodalia, sed que liberas personas fratrum ad eorum Monasteria de seculo fugiencium et prifessiones faciencium in eisdem, que si remansissent in seculo, racione successionis vel quocumque alio iusto titulo contigissent et que alijs libere dare potuissent, petere, accipere ac reddinere valeant, sicut eciam idipsum in Bulla recolende memorie olim Sanctissimi in Christo patris et domini domini Alexandri Pape Quarti, quam vidimus et in Maiestatis nostre presencia legi fecimus graciosius continetur libere qua possumus auctoritate

Cesarea prefatis fratribus presentibus indulgemus Mandantes omnibus Principibus Ecclesiasticis sive Secularibus Ducibus Comitibus Baronibus Nobilibus Militibus Judicibus, Juratis, Civibus, Communitatibus Civitatem, quod eosdem fratres ordinis Heremitarum sancti Augustini auctoritate Imperiali confortent protegant et defendant contra omnes cuiuscumque conditionis vel status existat predictos fratres in gratia memorata conantes quomodolibet impedire. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre concessionis donacionis et confirmacioris paginam infringere aut quovis ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem cesaream se noverit graviter incursurum, Et pro sue temeritatis pena Quinquaginta Marcas auri componat Quarum medietas Camere nostre Imperialis Reliqua vero medietas, iniuriam passorum veniat usibus applicanda decernentes irritum et inane, si quicumque contra premissa et eorum aliquod a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari.



Signum serenissimi principis et domini domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi et gloriosissimi Boemie Regis. Testes huius rei sunt Venerabilis Gerlacus Maguntinensis Archiepiscopus sacri Romani Imperij per Almaniam Archicancellarius Et Illustres Rupertus senior, Comes Palatinus Reni sacri Romani Imperij Archidapifer,et Dux Bavarie, Ludovicus dictus Romanus Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperij Archicamerarius, Venerabiles Arnestus Pragensis Ecclesie Archiepiscopus, Johannes Luthomusschlensis Imperialis Aule nostre Cancellarius, Johannes Olomucensis, Fridericus Ratisponensis, Bertoldus Eystetensis, Theodericus Wormaciensis, Petrus Curiensis, Ecclesiarum Episcopi, Illustres Johannes Marchio Moravie, Bolko Swidnitzensis, Przmislaus Tesschinensis, Albertus Saxonie, et Bolko Munsterbergensis Duces, Spectabiles Henricus de Swartzburg, Vlricus de Helfensteyn,Wilhelmus de Katzzemellembogen, Henricus de Monfort,Ebirhardus de Wirtemberg, Comites, Nobiles Vlricus de Hanow, Gerlacus de Heenloch, Thymo de Kolditz et

Hasto (?) de Sweretitz, Magistri Imperialis Camere nostre, ac Wentzo de Kinigsek, et alij quamplures nostri et Imperij sacri Principes, Nobiles et Fideles, Presencium sub Imperialis nostre Maiestatis Sigillo testmonio litterarum. Datum Nuremberg Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimotercio, Indictione prima, iij° Idus Marcij, Regnorum nostrorum Anno Decimoseptimo, Imperij Vero octavo."

Unterschrift auf der Rückseite:

Ruvoltzo de Wormacia

Das Siegel fehlt.

1363, 2o. Mai A 94/2

Rudolf IV. bestätigt dem Stift Säusenstein das Recht der Quartierfreiheit.

"Wir Rudolff der Vierd, von Gotes gnaden Erczherczog ze Östereich, ze Steyr Vnd ze Kernden, Herr ze Krain, auf der Marich Vnd ze Porttnaw Graf ze Habspurch ze Tyrol, ze Phyrt, Vnd ze Kyburg Marichgraf ze Purgow vnd Lantgraf in Elsazz. Bechennen ..... Daz vnser getrewr lieber Eberhart von Walsse, von Linz, vnser Hauptman, ob der Ens, für vns chom, vnd zaigt vns ein Hantfest, die vnser lieber Herr, vnd Vatter, Herczog Albrecht, vnd Herczog Ott vnser Vetter, seliger gedechtnuss, den erbern, vnd geistleichen leuten: dem Abt: dem prior, vnd dem Conuent, grawes ordens, genant in dem Gotestal, seiner Newnstift, gegeben habent, wie si sew, in ir sunder gnad, vnd scherm, genomen habent, vnd daz si ouch aller gastung sullen vberhaben sein, vnd pat vns begierleich, Daz wir , dieselben Hantfest der egenanten, seiner Newnstift geruechten ze vernewen, vnd ze bestêtten, Das haben wir getan, ze geleicher weis, alz hienach von wort, ze wort geschribem stet.

„„Wir Albrecht vnd Ott, von gotes gnaden Herczogen ze Östereich, vnd ze Steyr, Herren ze Krain, Auf der Marie rich vnd ze Porttnaw, veriehen offenleich ..... Daz vnser getrewer lieber Eberhart von Walsse, nach göttlicher mainung, vnd ouch nach vnserm Willen, rat vnd gunst, vnsern vordern, vnd vns, vnd vnsern nachkomen vns auch seinen vordern, vnd im, vnd seinen nachkomen, zu einem ewigem Selgeret, vnd auch got, vnd allen heiligen ze lob vnd eren, vnd allen geloubigen Selen ze hilff, vnd ze trost, ein Kloster gestifft hat, Grabes ordens, das leit auf der Tunow, vnd haizzet Gotestal, Dasselb Kloster, vnd alles das gut, das ez nu hat, vnd im, vnd auch den Gotesdieneren daselbs fürbas ewichlich geben wirt, nemen wir, in besundern gnad vnd scherm, also auzgenomenleichen, daz wir ernstlichen wellen Daz si aller Gastung, von aller menichlich sullen ewichleichen vbertragen, vnd ledig sein, durch aufnemung gotes dinstz vnnd merung irs Konuents, vnd si noch, von ires Ordens gewonhait, noch von dhainem gewalt sullen darzue genötet werden, wer vns vnd ouch vnsern nachkomen, das vberfür, an oben vorgenanten Kloster, vnd an seinem gut, der hat ze gleicher weis angriffen,

alz ainer der mit gewalt, vnd vnrecht wider vns getan hat, den wellen wir auch, vnd vnser nachkomen, darumb vestichleichen pezzern, vnd zu ainem ewigem vrchund, vnd bestetigung, der vorgenanten Stift geben wir dem vorgenanten Kloster, vnd der Samnung, disen brief versigelten, mit vnserm Insigel. Der ist geben ze Wienn, da man zalt, von Kristes gepürd Tausend iar Dreuhundert iar, darnach in dem fumf vnd dreizzigisten iar, an Sand Agnesen tag "(21.1.1335)

Nv haben wir vorgenant Herczog Rudolff, angesehen, di die gnad, vnd begier, die di obgenanten, vnser lieber Herr, vnd Vatter, Herczog Albrecht vnd Herczog Ott vnser vetter gehabt habent zu dem egenanten Kloster vnd haben denselben geistleichen leuten, dem Abt, vnd dem Konuent ze dem Gotestal, die vorgenanten Hantfest vernewt ..... .... Diser sache sind geczeugen, die Erwirdigen Her Paul Bischof ze Freysing, vnd Her Fridreich, Bischof ze Regenspurch, der edel vnser lieber oheim Graf Vlreich von Schoumberch, vnd vnser lieben getrewn, Kol, von Seldenhofen, Hauptman in Steyr, Wernhart,von Maissow, Heidenreich von Meissow, obrister Schenk, Peter von Eberstorf, obrister Kamrer, in Ostereich, Vlreich von Liechtenstain, Leutolt von Stadekk, vnser Lantmarschalich in Östereich, Jans von Zelking, Vlreich der Kranichperger, Albrecht der Stuchs, Hainreich von Rappach, vnser Hofmaister, Jans von Lazperg, Vnser Kamermaister, Hainreich der Prenner, vnser Kuchenmaister, Eberhart der Kastner, vnser Schenkch, Wilhalm der Schenk, vnser Speismaister, vnd andre erber leut genug. Vnd des ze vrchund, geben wir disen brief besigelt mit vnserm grozzen fürstlichen Insigel. Der geben ist ze Wienn, an dem heiligen Phingst Abent. Nach Kristes gepuerd Dreuzehen hundert iar, darnach, in dem drew, vnd Sechczigisten iare, Vnsers alters, in dem vier vnd zwainczigisten, vnd vnsers gewaltes in dem fumfttén iare.

Wir der vorgenant Herczog . Ruodolf. sterken.disen. prief. mit dirr vnderschrift. vnser selbs Hant

Siegel fehlt, beschädigtes Pergament.

A 99/2

1363, 25. Juli

Laurenz der Hager verkauft Jansen von Friberstetten eine Wiese, die "Vlmarvelderin" genannt, und einen Acker in der Neuhofner Pfarre.

" Ich Larencz der Hager vnd mein Hausfraw ..... Wir verichen ..... daz ich ..... cze chauffen han geben dem erbern mann Jansen von Fruebeysteten vnd seiner Hausfrawen vnd allen iren peder erben ain wisen dy da genant ist dy Vdmarvelderin vnd ainen Achker dapey gelegen in Newenhofer pfarr sind lehen von dem Gotshaus ze Newenhofen also dacz der Czechmaister dez selben Gotshaus sol sy leyhen vnd sint freyes purkrecht Newr daz man jerlich da von sol dienen vier pfenning an sant Görgen tag ze purkrecht vnd han im daz geben vm Sechs pfunt Wienner pfenning .....
( Anleit 4 Pfennig, Ableit 4 Pfennig) .....
..... Larencz der Hager ..... bestätiget mit meinem anhangunden Insigl. Der sach sind auch gepeten Zeugen Michel der Proeter vnd Hainrich der Lindner mit iren anhangunden Insigeln. Der brief ist geben do man zalt von Christes gepurt dreuczehenhundert Jar vnd dar nach in dem drewvnd Sechczigisten jar an sant Jacobs tag."

Rückseite: " Khaufbrief cze ayn wisen Ligt vmb Reichenstorff dient im das zu vnnser frauen gotczhaws."

( Siegel fehlen.)

Fruebeysteten = Friberstetten, Pfarre Neuhofen
Reichenstorff = Reichersdorf, Pfarre Neuhofen

A 99/3

1365, 2. Februar

Dietrich der Hager stiftet einen Jahrtag zu Neuhofen.

" Ich Dyetreich von Hag vnd ich Anna Sein Hausvraw. Vnd mit vns all vnser Erben ..... Wir veriehen .... Daz wier ..... gewidempt vnd gemacht haben czu vnser vrawen Gotzhaus ze Nevnhofen aus vnserm vrein aygen daz guet an der Reczenoed mit allen den erh vnd rechten ..... vnd leit in Alharczperger pharr, do die weil aufgesessen ist Hainreich der Chrandbider. .... ( Der Dienst beträgt 17 Schillinge alter Wiener Münze, und zwar 15 Schillinge zu Pfingsten, und 6o Pfennige zu Maria Geburt; 12 Pfennig beträgt die Weihnachtsehrung; 2 Pfennige werden zu Ableit, 2 zu Anleit gegeben) "vnd nicht mer .....
..... Hainreich Chrandwider .....
..... Dyetreich zu einer gutn Vrchund ..... mit meinem anhangunden Insigl. Vnd dez sind Zeugen Larencz der Hager vnd Gylig der Hager vnd Jacob der Prater mit iren anhangunden Insigeln..... Der Prief ist geben nach Christes gepurd dreuczehenhundert Jar, dar nach in dem fumf vnd Sechtczigisten Jar an vnser vrawen tag czu der Liechtmisß."

( Alle Siegel fehlen.)

Reczenoed = Razenöd, heute Rotte Doppl 13, Pfarre St. Leonhard.
Alharczperg = Allhartsberg
Hag = Hagberg, Pfarre Neuhofen

A 88/3

1377, 7. Februar

